

Annotamenta Joãnis Bapti
ste Pii Bononiẽsis.



A

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO Meo Domino Francisco Soderino .T. Sanctæ Susannæ.S.R.E. Presbytero Cardinali Volaterrano dignissimo Ioannes Baptista Pius Bononiensis Salutem.

g RAECA Sententia fertur antistes eminentissime. οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πάντ' εἰδέναι:qua monemur nihil esse dulcius q̃ omnia scire. Et profecto:autore Mantuano Homero:omnium rerum satietas ẽ pterq̃ discendi.Nempe uirtutis semel perceptæ cupido nũquã intermoritur.sed ut phœnix/ semper rediuiua iuuenescit et pullulat.Causa sitis huius mediusfidius est gloria:quæ sola animos mentemq; perurit:Hæc:ut Annibal apud Italicum:nobis indormientibus sic exclamat.Quantum etenim distãt a morte silentia uitæ? Mihi semper obuersatur plinianum illud ex epistolis. quoniam non possumus diu uiuere: relinquamus aliquid quo uixisse testemur.Nã famã extendere factis hoc uirtutis opus.Vera enim et uitalis est illorum uita qui faciunt scribenda aut scribunt legenda.Qui senectute longa censeri uolunt p[...]r propter uiuunt/ imitanturq; perdelirum Sattenæ epithaphium:quæ inscribi monimento suo iussit:ãnis se nonagintanouẽ uixisse:cum : et si centesimum supergressa fuisset:circumscripta tamen:breuis:et momẽtaria illius uita credi debuerit. Eruditorũ ætas prolyxa merito dicenda est:quoniam autore Possidonio/ unus dies eruditorum plus patet q̃ imperitorum longissima ætas. Cæterum:ut de me potius q̃ de singulis quibusq; coniecturam faciam : mentem sine literis literatis uiui hominis sepulturam reor animamq; sine animo uoco: quæ seorsa degit a literis:et quæ in publicum cõmodum pro suo captu nõ aliquid confert.O q̃ male illi cessisset apud gymnosophistas ubi qui nihil cur pranderet offerebat/ imprãsus foras ad opus extrudebatur. Gaudeo igitur aliquid discere ut doceam ne tãquam fucus ab apiariis eruditorũ eliminer/ præsertim a tuis religiosissime fidei cardo:quo non quæcũq; irrũpunt apes.sed illæ uirgilianæ compactiles et aureis guttatæ maculis:quæ præteruolant hyblam nectareum/ Floricomũq; hymetum.Cæterum uolũtas erit in laude cum omnis sit conatus in casu/ et exemplo illius græculi dicam.μὴ κατὰ τὴν τύχην.τὴν προαίρεσιν πλέον ἔχον πλέον ἐδίδουν. Quin etiam hæc qualiacũq; circũlustrãdus erat et optãdus cui dicarẽtur: et is eruditissimus/ne rustico libros/ uina nymphis:baccho uero lymphas offerrem. Tu uero præ omnibus maximus et doctissimus occurris uir extra omnem ingenii aleam positus:qui unus ut Democriti uerbis utar:mi/

hi pro populo eris / et populus pro uno. Quem ut reuerentius adeam uel lut regem parthum non sine munere salutabo. Munusculū erūt hæc an notamenta mea de quibus parcius in præsentiarum loquar quia tuā cen suram subibunt / ne deprimēdo te ab illis auertam: laudando uanitudinis et τῆς φιλαυτίας reus agar. In hoc tamen mihimet applaudo quod te iudicem imo patronum nuncupaui: quo non sanctiorē: meliorē: digniorem: eruditiorem nouit italia. Et enim pace consessus augusti dialium flā minum dicam: tu inter illum fulgentissimum chorum προεδρίαν habes. Nam quæ singula quemq; reddunt insignitum: in te collata uisuntur. De sapientia tua quid iudicandum sit patria sapientissima Florentia iu dicauit: cuius opera: ut Romani triarius: in quibuscumq; rebus arduis usa est et utitur: quamuis hæc uirtus tibi sit cum fratre communis: cui: O suffragium supra Nasicæ singulare: tāquam optimo ciui in patria de legatus est dictatoriæ dignitatis perpetuæ honor / onusq; non atlantis hu meris leue. Viuat igitur illustrissimus frater tuus Petrus hoc uno patriæ consensu semper æthernus: et alis imortalitatis astra perambulet: quod dux non potētia: non impotētia: non factione: non ambitu: non fauore. sed uirtute declaratus est et propria et fraterna. Ego Soderinæ familiæ omnia: et ut græci dicunt: καὶ αὐτὴν ψυχήν: debeo. sed hoc imprimis qđ me iam pridem in clientela sua conscripsit. Heret enim et semper here bit animo qua comitate Mediolani: ubi pro patria nutante satagebas: me conuictu tuo: nec id semel atq; iterum: decorasti: quibus sermonibus impartitus sis. Adstabant ibi Theologi: iurisperiti: Oratores: Poetæ sym positas quæstiunculas proponentes / te classicum incinente dicebant: te iudicante adquiescebant. Videbar mediis considere in astris Cum Ioue: et iliaca porrectum sumere dextra immortale merum. Omitto quanto eloquentiæ nectare filum filo cum scribis annectis. Hoc literæ tuæ iam olim ad me missæ testantur: quibus nihil disertius lego: quas hic insere re suadet eloquentia: epistolæ ratio dissuadet: quæ laconica gaudet bre uitate. Et fortassis dulcedo tecum loquendi me auersum ab epistolica meta prouexit. Excipe igitur musarum patrone hæc quantulacūq; an notamenta nostra inculta fortassis et rudia / et ob hoc morsibus uitupe ronum nimis exposita. Sed cum numen inuictum / cui dicata sunt re cogito tuta fore confido: q illius augusta maiestas arce se sua uindicat / et infra illam telum omne cadit. VALE.



í N bonam accipias partem rogamus lector candide ſi quæ offenſiunculæ uitio librariorum interſitæ te morabuntur. Vix enim fieri poteſt quo minus hi cadant ab archetypo / ut nuper in prima annotatione deprehēdi ſic haberi. Prouerbium a Tydeo uel a thrace cum legi debeat a Tydei uel a thrace imitatione græcorum et ſubintelligitur filio: q̃uis patruus græcus ſit Tydeo. Si ſpatium translegendi mihi foret oblatum forte nōnullas labeculas eluiſſem. ſed hoc munere pro me lacteus ſeduluſq; lector ſponte fungetur / rubiginoſos uero theoninoſq; dētes nihil moror. Nos hac a ſcabie tenemus ungues. Tu felix legas et lecturias.

REGESTVM HVIVS OPERIS.

A	Annotamenta	hi pro po'	
B	Annotationes	De iynge	Dedecoroſiſſimo
C	Talum	καρποῖς	Quid Vergilius
D	Muliebribus.	Quin etiā	Vincula: uos
E	De incitato	tica. Aut	Chanicos interp̃tor.
F	Quæ polybiū	δυνατοὶ ἢ	Roſis et calris
G	Οὐδ᾽ ἀρχὴν	Surculi: q	Tulam uocat.
H	Nequiter et	Exemplū	Rat cœnoſi
I	Nuncupare	Perqrerēt.	Perſuadere
k	Caſſe: quod	Senſu. M.	De Protagora
L	Abſtruſam eē	Res partit.	Gnæ inſtitutum
M	De re apollinē	Quod dul	Eſt peculiari
N	Quendo te	ξανθὶς καὶ	Me premat.
O	De bachiadis	Caput	ἰσχυρὰ καὶ
P	Ingreſſu	A quo ſecta	Idem Cicero
Q	Vocat arg	Gebit et	Titare. Auguſtinus.
R	οἴσκυλον	Nius Dei	Manlius aſtronomi·
S	Hæc modo	Malua	De cucumere
T	Mina Homeri	Aliud alio	Di illic non nauem
V	Demogorgon	Placet	Gnate loquendo.

ANNOTATIONES LINGVAE LATINAE : GRAECAE QVE CONDITAE PER IOANNEM BAPTISTAM PIVM BONONIENSEM.

Quæ ſit apud Platonem Diomedæa neceſſitas. Caput primum.

c

VM MIHI GENVS DOCENDI RARVM
quidem:uerũ a nõ minus erudito q̃ nitido et emũc
to ſcriptore Gelio /autore illuſtratoreq; nobilitatũ:
præ manibus ſit /ab Achille philoſophorũq; prima/
rio Platone ſummẽdũ eſt exordium:cuius eloquiũ
prope cycnæum: nectareamq; cũ cæleſti doctrina fa
cundiam:qui non ſuſpicit et adorat marſyas prorſus eſt:et Momus æſo/
pi:qui ſcilicet ſcientiam quærat ubi eius ueſtigium non comparet : non
ſecus ac eſopeius ille liuor cornua nõ in capite tauri:ut pote corporis par
te imbecillima. Sed i armis:ubi uires tauri maiores ſunt:quærere ſolebat.
Huic hercule Platoni philoſophiæ antiſtiti carmen id oratianum cõue
nire ſemper exiſtimaui. Nil intra eſt oleam:nil extra eſt in nuce duri. Sed
ut prouerbialiter dixit ille lacon. Herculem ne laudemus:quem nemo ui
tuperat. Redeamus ad annotamenta noſtra bene fauẽte uirtutis genio:
ſtilo non aſio:non florido:non tumenti:non obſcuro:non deſito: ſicut
antea conſueuimus utentes. ſed potius dicendi genus grammaticum ag
grediamur: ſupra crepidam:ut aiunt:non ſe tollens:ingeniis noſtri tem
poris:perinde ac moribus:inſeruientes:quos non improbo:quippe cum
illis obtemperare neceſſe ſit. ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται græcum prouer
bium eſt. Hic non ſexcentos autores uno aduocatos hyatu deprehen/
des. Intentio noſtra ſimpliciter explicabitur:nodum in ſirpo non quære
mus:autorẽ unicũ nobis cõcinẽtẽ aliquãdo ſatis erit aduocaſſe/cũ occur/
rãt innumeri:ut hæc editio noſtra ſuccoſa ſit:nõ corticoſa. Sed tãdẽ hoc
agamus. Eius igitur Platonis ex ſexto de re publica uerba ſunt hæc:quæ
latinitate donauit Marſilius ficinus philoſtrati tantalo comparãdus:qp
pe cum dulce nectar eloquentiæ græcis auferre contendat. Hæc Platonis
uerba ſunt poſita libro ſexto de re publica. Diomedæa ut aiunt neceſſi/
tate cogetur ea facere:quæ iſti probauerint. Diu anxie et ſollicite quæſi
ui:cum aduleſcens / et auditor eſſem a uiris illuſtribus : quid nam Plato
ſignificaret per illam Diomedæam neceſſitatem qua ſit uſus uice prouer
bi:cum pro certo ducerem nõ fuci gratia nec ſuperfluitatis inanitate cũ
neceſſitate a Platone uocem Diomedæã:cõiungi. Diſcedo ab his:quos

interrogaueram quibusdam non audentibus hiscere: et instar areopagitarum rem silentio iudicātibus: nōnullis aūt somnia et meras nugas: diffugiū quærunt: cōminiscētibus. Abeo tristis: Autores græcos excutio: Occurrit libellus aureus ꝑ ioue: et totus ediscēdus: compositus cura: uigilātia: studio Tarræi lucilli et didymi grāmaticorū intima eruditione pollētium: ubi sic græce scriptū ē. διομήδειος ἀνάγκη ἐπὶ τῶν κατ᾽ ἀνάγκην τι πραττόντων, μέμνηται αὐτῆς ἀριστοφάνης ἐν βατράχοις, ὅτε γὰρ λάβοντες τὸ παλλάδιον διομήδης καὶ ὀδυσσεὺς ἐκόμιζον ἐπὶ τὰς ναῦς, τότε βουλόμενος ὀδυσσεὺς αὐτοῦ μόνου τὴν φιλοτιμίαν γενέσθαι ἐπιχείρης ἐφονεῦσαι τὸν διομήδην μετὰ τοῦ παλλαδίου προάγουμενον. προϊδὼν δὲ ἐκεῖνος ὡς ἐν κατόπτρῳ αὐτῆς ἔλαβον τὸ ξίφος καὶ συλλαβὼν αὐτὸν καὶ δήσας τὰς χεῖρας πλάτει τοῦ ξίφους ἀκολουθεῖν ἔτυπτεν. Latina pro tempore sic fecimus. Diomedæa necessitas. De his qui necessitate ducti aliquid faciunt. Meminit huius Aristophanes in ranis. Quādo abstulere palladium Diomedes et Vlyxes tulerunt id ad naues: Tūc cū laboris cōmunis uellet sibi soli Vlyxes honorem arrogare: cœpit perniciem Diomedi machinari post palladium sequenti: Dispiciens igit̄ diomedes: ut in speculo: coruscantem gladium: Vlyxem capiens: et eius colligans manus latitudine gladii uerberabat. Hic ē̄ sincerus Platonicæ doctrinæ sensus: necesse scilicet fore ut auctoritate ducti doctorū uirorū uerba concertatores approbēt: et id per uim etiam inuiti faciant: sicuti ui coactus Vlyxes: et male mulctatus necessitate sociū honoris illius: et capti palladii Diomedem participem fecit. Sed et suidas non omisit intactum hoc prouerbium sic scribens. Diomedæa necessitas. Prouerbium a tydeo uel a thrace: qui cogebat hospites se miscere cū filiabus q̄uis deformes existerent: quos postea necabat. Quidam uero referūt quod Diomedes et Vlyxes palladium furati noctu nauigarunt: tentante autē Vlyxe Diomedem interficere: uidit in luna umbram gladii Diomedes: proin Vlyxem ligatum: et ante se ire coactum gladio percutiebat. De his dicitur: q necessitati ducti aliquid operantur: et propter hoc dicitur quod equos humanæ dapi assuetos habebat Diomedes. Vel quod Diomedes ad propriam domum non peruenit. sed fatis actus uenit in Calabriam: condidit urbem: quam uocauit argyrippen postea beneuentum nuncupatam. hæc suidas. Addamus et hoc: quoniam tarræum Lucillum superius allegauimus: unum eundemq; esse tarræum et Lucillum. Tarræum uero dici Lucillum a Tarra urbe cretæ insulæ: de qua meminit longinus in philologis.

De iynge aue tetractata ex cōmentariis Plautinis sententia: Aristoteles explicatus: An Theodorus Gaza et Seruius de hac recte senserint.

ARISTOTELES Ille philosophorū maximus iubēte Alexandro macedoniæ Rege noscēdæ animaliū naturæ cupidissimo composuit illa uolumina luculētissima quorum pars manibus studiosorū teritur: et excutit.

a In secundo sic scriptum reliquit. πολυώνυχοι δ' εἰσὶ πάντες, τῶν μὲν γὰρ πλεῖστοι διῃρημένοι οἱ δάκτυλοι, τὰ δὲ πλωτὰ, στεγανόποδά ἐστι διηρθρωμένους δ' ἔχει, καὶ χωριστοὺς δακτύλους, ὅσοι δ' ὅσοι αὐτῶν μετεωρίζονται, πάντες τετραδάκτυλοι, τρεῖς μὲν γὰρ, εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ἕνα δ' εἰς τοὔπισθεν κείμενον οἱ πλεῖστοι ἀντὶ πτέρνης, ὀλίγοι δέ τινες, δύο δ' ὄπισθεν, ὅσπερ ἡ καλουμένη ἴυγξ. αὕτη δ' ἐστὶ μικρὰ μὲν, μείζων σπίζης. τὸ δ' εἶδος ποικίλον. ἴδια δ' ἔχει τά τε περὶ τοὺς δακτύλους καὶ τὴν γλῶτταν ὁμοίως τοῖς ὄφεσιν. ἔχει γὰρ ἐπὶ μῆκος ἔκτασιν καὶ ἐπὶ τέτταρας δακτύλους καὶ πάλιν συστέλλεται εἰς ἑαυτήν. ἔτι δὲ, περιστρέφει τὸν τράχηλον εἰς τοὐπίσω. τοῦ δὲ λοιποῦ σώματος ἠρεμοῦντος καθάπερ οἱ ὄφεις. ὄνυχας δ' ἔχει μεγάλους μὲν. ὁμοίους μέντοι πεφυκότας τοῖς τῶν κολοιῶν. τῇ δὲ φωνῇ τρίζει.

Hæc Aristotelica uerba sic propemodum latinitate donauit Theodorus gaza uir perinde eloquens ac eruditus philosophi fidissimus interpres, Copia omnibus auibus unguium est. Multifidæ etiam omnes quodāmodo sunt. quippe cum pars maxima. digitata sit: et nātes q̄uis planipedes tamē et ipsæ digitos pfcōs distinctosq; habēt: oībꝫ quæ se efferāt quaterni digiti dati sunt: terni in priore parte: singuli in posteriore: maxima ex parte pro calce paucis quibusdā utrinq; bini: ut auiculæ: quā iyngem uocāt. Hæc paulo maior q̄ fringila est: colore uario. habet sibi ꝑpriā digitorū: quā mō dixi: dispositioēm: et linguā serpētibus similē: qppe quā in lōgitudinē mensura quattuor digitorū porrigat: rursumq; cōtrahat intra rostrum. Collum etiā circūagit i auersum: reliquo qescēte corpore modo serpentū: unde torqlla uulgo adpellata est: quāq̄ turbo ab ātiqs: ungues ei grandes et similes ut monedulis exeunt: uoce aūt stridēti. At Theodorus uir alioqn extra ingenii aleā positus dupliciter errat: cum scilicet excogitat autem Iynga turbinem a latinis adpellatā: quod nusquā cōperies præterq̄ apud Seruiū: cui nō in oībus fidē adhibeo. Secūdarius error illius est ut pote cū tradat uulgo torqllā nūcupari: quod ignoscēdū ē ut hōini græco/uernacula latinis qua poterat si nō elegantia: saltē elegantiæ uicinitate: cōferenti: q̄uis nō oīno apposite uerterit. Vulgus nāq; semidoc/

tum significantius et expssius auiculā hāccine collitorquem dictitat a tor
quendo collo: quod circūagit et cōuoluit in anfractū. Sic eni ut explica/
uimus: promiscue Bononienses appellant: Placentini uero torticollem a
tortura scilicet colli. Sed a uulgo ad latinitatē ueniamus. Romani Theo
dorus inquit turbinē uocauerūt imo potius uerticillam nō turbinem di/
xerunt. Sed: ni fallor: seruiana hæc uerba: quæ in buccolico ludicro posi/
ta sunt Gazam: ut pote græcū hoiē: deceperūt: quæ hac serie legūt. Di/
citur aūt hic uersus itercalaris: qui frequenter post aliquātulos iterponi/
tur uersus: sicut itercalaris dies aut menses uocant. qui interponunt ut rō
lunæ: solisq; cōueniat. Fecit aūt hūc uersum ad imitationē Theocriti: qui
frequenter dicit in pharmaceutria. O turbo maritū meū domū adduci/
to: sicut hic i sequentibus. Ducite ab urbe domum mea carmina: ducite
daphnim. Existimauit Theodorus Gaza Seruiū carmen hoc Theocriti
latinitate donasse. ἶυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. hoc ē
iynx trahe huc meum uirum tandem domum: uerū Seruius græcæ facun
diæ peritissimus sequens potius sententiā/q̄ uerba Theocriti illa duo car/
mina uoluit inuere: quæ i eius pharmaceutria legunt: de qbus paulpost.
Quod si deceptus est Seruius minus nobis mirandū est si Theodorus er
rauit: solet enim dici: honestus error magnos duces sequentibus. Iynga
Seruius si turbinem interpretat: fortassis (ut quomodo possum seruio ser
uiā) sic appellauit quōiā scilicet collū uertit: ut uerti turbo cōsueuit. Pro/
fecto si i pcedentis Theocriti carminis expositione Seruius turbinē p eo
quem græci ῥόμβον appellāt: itelligeret: quasi iynx esset rhombus. i. turbo
nulla causa esset quin ex eruditorum decuria deberet explodi. Turbinē
certe nominauit in eadem pharmaceutria Theocritus. Sed rhombū nō
iynga dictitauit. χὼς δινεῖθ' ὁ δε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ ἀφροδίτας, ὣς
κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέραισι θύραισιν. Latine. ut uertitur iste turbo ahe
neus ex uenere. Sic ille uertatur ad nostras ianuas. Est igit iynx auis: quæ
nō turbo noiat ab antiquis scriptoribus: ut perperā Theodorus asseruit:
quod ut ei condonem iynga Seruium turbinē a uertigine colli nūcupasi/
se: nō debuit Gaza Seruiū grāmaticū quādoq; nō absolutū iterptem in/
ter priscos enumerare. Illi melius: qui uerticillā a colli uersura: ut ita dicā:
uocāt. Hāc iterpres Theocriti cætera circūspectus enarrator eandem esse
iynga putat: quæ sit auicula illa notissima: quæ a græcis mō σεισοπυγίς
mō σεισουρά a frequenti motu caudæ nuncupat. Hāc Varro latine mo/
tacillā dictitauit a motu uidelicet: ut diximus: caudæ. Huius opinionē se
qutus est uir alias undiq; doctissimus: quē honoris et amoris gratia pser
tim cū rephendat non nomino. Cæterū labitur manifesto lapsu ob idq;

dedecorosiſſimo ad hāc ſeriem ſcribens Theocriti cōmentarius . Iynx fu
it echus filia: quæ uenefica et pollens carminum ad pelliciendos amato/
res fuerat: ſtuprata a ioue mutata eſt in auem motacillam: quæ et hodie
carminibus amatoriis præeſt. hæc ille. Quod Iynx ſit in auē mutata. ꝑſit
q; ueneficiis probo: quare fœmina incantatrix apud Theocritū uerticil/
læ numen inuocat: cū pollens et ueteratrix maga noſcet illā auiculā ad in
cantamenta idoneā eſſe: et quoad uixit iter ueneficia maxime uerſatā.
Quod iynx motacilla ſit cū Theocriti iterprete non ſentio. Populus ha
rum rerū obſeruātiſſimus arbiter diſcretionē itet has aues utique nouit:
quoniam ſcilicet: motacillā quā Romani dictitāt: ipſe codatremulā nūcu
pauit: Iynga uero collitorquē. Cū cōmētarios i plautū lucubrarē icidēte
ſup turbie mētiōe cōfutaui opinionē Seruii grāmatici: nec ibi diſcrepaui
ab ſentētia Theocritici iterꝑtis aſſerens uidelicet σεισοῦραν hoc ē mota/
cillā auiculā eādem eſſe cū hac Iynge hoc eſt uerticilla. Nūc aūt reſcipi/
ſcens (quoniā ſemp ingenia ꝓficiūt) meliorem doctrinā hoc ē Ariſtoteli
cam ſequutus id omne priſtinæ cōmentatiōis cōmentū abrogo: et ex Pii
codicibus abradendū cenſeo. Nec in hac qdem re uitupationi ſim obno
xius qđ ſcilicet ſecutus diuerſos autores diuerſa et ueritati diſſidētia ſen/
ſerim. Nōne tutant Ariſtotelē ꝑipatetici: q i ꝑdicamentis ex architæ opi
nione loqutus nō recte philoſophiceue uno i loco diſſeruerit . Pliniana
ſup Iynge uerba ſunt hæc libro. xi. na. hiſtoriæ. Iynx ſola utriq; binos ha
bet: eadē linguā ſerpentū ſimilē i magnā lōgitudinē porrigit. Circūagit
collū in aduerſum ſe. Vngues ei grādes ceu gracchulis. De hac auicula
meminit Pindarus. Poſſem et plura his addere. Sed mediocritas uirtus ē.
Nō. n. minus ſeruat modū: q ſupra rem q̄ qui ifra. Syneſius libro de ſom
niis. Cōſideratione dignū eſt utrū huc tendāt illices uel motacillæ mago
rū. Scribo iynges uel uerticillæ. errauit. n. Ficinus: qui iynga credidit eſſe
motacillam.

Quod nō omnia: quæ i cōmentariis in Plautū tradita ſunt: bene ſcripta iudicamus: et i his multa retractata. Cap. iii.

ſ Ed Vt quādoq; de græcia i latium cōmeemus. M. Ac/
tium Plauti hoc eſt latinæ linguæ delicias: et Cornuco
piæ ſummemus i manus. Dicer qs forſitan. At q Pie da
bit ne nouæ iterpretatiōis anſa i Plautinos ſales: quos
numeroſo cōmentario: ut hercules augei ſtabula: per/
purgaſti: cui reſpōdere poſſem id Pyrrhi uerbum uul/
gatiſſimū de populo tamen Romano: Plautū eſſe ſimilem hydræ: q uno

capite amputato resurgit septenis et his atrocioribus uerticibus. Belle ni mis et scite huic rei cōgruit græcū id adagiū sic latine pronūciādū. Alia sentina eiecta alia influit: nec. n. aliter ppurgato uno Plauti mendo cōpa ret aliud: et aliud post aliud sobolescit. Sed iam a diuerticulo īstituta ma teria repetat. Incidi in codicē plautinū a nescio quo īterpollatore Geor gii merulæ discipulo maculatū atq; fedatū: in quo ex captiuis ita legit.

Magis nō factū possum uelle q̄ opera expiar persequi:

Id ut scias iouem supremum testem do egio.

quos uersus nō exposui ratus nil illic esse subobscurū. Nūc uero animad uerto sic carmen id secūdū recognoscēdū. Id ut scias iouem supremū te stem laudo egio: ubi laudare pro nominare positum ē a Plauto: qua lo quendi figura utunt pnsci: id quod pcipere potes ex his Gelianis libro. ii. noctium atticarū. Laudare significat prisca ligūa noīare: appellareq;. In actiōibus aūt ciuilibus laudari id dicit/quod ē noīatus. Illaudatus enī ē quasi illaudabilis: q neq; mentiōe aut memoria ulla dignus: neq; unquā noiandus est. Hactenus Gelius: cui Marcellus adstipulatur ita scribens. Laudare etiā signat noīare. Vergilius Georgicon libro. ii. Aut illaudati nescit busiridis aras. Plautus in captiuis. Id ut scias iouē supmū testē lau do egio. Pōpeius. elaudare plusq̄ noīare. Verū ut nihil omittamus ipro uisum: quo liuor irrepere possit excutiēdū perinde putaui carmen id ex primo argumento fabulæ: cui titulus ē amphitruo: et si nōnulli cōpositū a Plauto nō esse id argumentum certare parati sunt. Carmina hæc sunt,

Dum bellum gereret cum Telebois hostibus

Alcinenam uxorem cœpit usurariam.

Nos ī cōmentariis nostris in Plautū usurariam īpudicā sumus iterpretati usurā sumētes pro usu: qua elocutiōe scatēt honorati scriptores: ad quā tamē enarratiōem nos plautus inferius illexit: q sic infit. Vsurāq; eius cor poris cœpit sui. At uero cū dephēdā usurariā honestū cōiugis epitheton esse posse: sentio pariter usurariam uocari nihil obstare Alcmenā a Plau to seu quouis alio poeta horū uersuū autore: quæ usura hec ē usu sit ma rito cōiuncta: quod ut plenius et dilucidius intelligas: quæ tradit in prio Ciceronis topicorum cōmentario Boetius subtexere libuit. Tribus enim modis uxor habebatur usu: farre: coemptiōe. Sed confarreatio solis pon tificibus conueniebat: quæ autem ī manum per coemptionem uenerant hæ matres familias uocabantur; quæ uero usu uel farre minime. Coemp tio uero certis solemnitatibus peragebat: et sese in coemendo inuicem ī terrogabāt/uir ita/an sibi mulier mater familias esse uellet: illa responde bat uelle. eadē mulier iterrogabat an uir sibi paterfamilias esse uellet: ille

respondebat uelle. Itaq; mulier uiri conueniebat in manum: et uocabant hæ nuptiæ per coemptionẽ: et erat materfamilias uiro Loco filiæ. De hac coemptione Virgilius itellexit ita canẽs libro primo georgicon. Teq; sibi generũ thetis emat oĩbus undis. Vocabit ergo Plautus uxorem usurariã/usu uno ex tribus modis: qbus uxor habebat: cõciliatã uiro: Elige qd mauis: Elige quod perplaceat/an hoc an illud interpretamentũ: quod in plautinis tradidimus enarrationibus. Apud eũdẽ ĩ fabula rudente ꝓpe calcẽ sic passim legit. Palã age. nolo murmur ullũ neq; susurrũ fieri. Tu scribe p diminutionẽ murmurillũ ꝓ murmure paruo. Hoc ex Marcello di dici sic ꝓpemodũ scribente. Murmurillũ murmuratio. Plautus in rudẽte Nolo ego murmurillũ neq; susurrum fieri.

In eadem fabula talia deprehendes. Echinos. Lopades. ostreas: balanos captamus. Lopades ex sententia Marcelli diximus esse genera cõcharũ. hoc idem Nicãder in alexipharmaco. De Balanis cõchis si plura scire desideras lege Aristotelẽ libro quarto aĩaliũ. De Colotis piscibus idẽ libro aĩaliũ nono meminit. In Plauti sticho sic legit. Post ut occepi narrare fidicinas: tibicinas. sambucas adduxit secũ forma eximia. In cõmentariis nostris admonuimus legi posse sambucinas aut sambucistrias: quãdo sãbuca sit organũ: sambucistria/quæ mouet ĩstrumẽtũ illud dulcisonũ. Nũc nihil ĩmuto ductus auctoritate polybii ita scribẽtis libro. v. Hic igit Nicagoras breui ante tẽpore equos uehẽs ĩ Alexãdriã nauigarat: ubi cũ e naui egrederet iuenit Cleomenẽ et pãtrem/et una hippiã iuxta portũ deãbulãtes: quẽ cõspicatus Cleomenes amice ac familiariter salutauit: pcunctãtes deide qd eo uenisset uexisse se equos respõdit: cui Cleomenes. mallẽ iqt cynedos: sambucasq; uexisses. his. n. magis in presentia rex delectatur. Videt: ut in euidẽti ẽ: Polybius sambucas appellare organistrias ĩstrumẽti illius: quæ sambuca dicit: cũ cynedos ꝓposuerit. Sed et uerisimile est sambucã ipam organũ et organi sciẽtẽ denotare. Sãbucæ hoc ẽ σαμβύκαι organa musica sunt: iqt suidas: triãgularia: ĩ qbꝰ canebãt iãbos. Sũt et iãbycæ. Talẽ iãbicã primus ibicus iuenit. est aũt spẽs cytharæ trigonalis. Subdit idẽ autor. Sãbuceus spẽs moechanici ĩstrumẽti ad expugnãdũ urbes idonei ut inqt Polybius: hæc et a latinis dicit sambuca. Nõ desino memoriæ fragilitatẽ mirari cũ scribã in amphitruone ĩ expositione illius uersus. Vt cõquisitores singuli in subsellia /eant p totã caueã spectatoribus: pecuniã depositã esse a candidatis apud Catonem: qui ætate Plauti floruit: cum perperam Catonem censorium pro uticensi recognouerim: nec ullo modo ad institutum Catonis Plautina sententia trahi põt: quoniam is uticensis: apud quem pecunia deposita est multo

Post tempora Plauti floruit. Eqdem ĩ hac re nil aliud affirmare possum q̃ tūc mole iterp̃tationis obrutū me effugisse hæc inferiora: si mō tāto rerum ponderi comparent. M. Tullius in epistolis ad atticū satis ostendit de Catone uticēsi hoc itelligi debere de rebus sua ætate gestis ita scribēs. Candidati iurarunt se arbitrio Catonis pituros /apud eum sestertia qn/gena deposuerunt ut q a Catone damnatus esset id perderet/et competitoribus tribueret. Præterea in epidico scripsimus λωρεσφάγους βασιλῆας iudices Hesiodum uocare: in quos sæuiter declamat Iuuenalis eo uersu. Prædo Caballorū prætor sedet. Nunc uero contrarium sentimus Hesiodum uidelicet iudices appellasse λωροφάγους quoniam scilicet uorāt munera: et muneribus oblatis pmittūt se corrūpere: nec aliqd cōmercii sententia hesiodi habet cū satyri carmine: Adde quod cū a nobis poetæ mētio græci fieret: q cognomento silentiarius uocabat: scripsimus silentiarios illos esse: q silentium indicunt populo: cū pōpa/sacrificalisq; apparatus appetit. Id ego cū scriberē festinabūdus cōiectura fallaci sum usus. Silētiarii qn imo dicunt honestati ab impatore titulo quodā dignitatis qua ornari silentiarii peculiariter appellabant: sicuti a gradu dignitatis comites: quos passim contes dicūt. Hoc comprobat iurecōsultus ĩ codice his uerbis. Viros clarissimos sacri nostri palatii silentiarios circa latus nostrū militātes de tutelis et curationibus excusari sancimus. Accursius silētiarios illos dici credit: quos uulgo principes scribarum et secretarios appellamus/ita dictos quod secreta silent et occultāt. Itidē Liminarchas seruos itellexi: q præsunt liminibus: quos latini uocāt ad limina: cū liminarchæ milites a iurecōsulto uocent accursio teste: q limites et limina/fauces scilicet et uestibula Romani impii seruāt: quos alio nomine iurisperiti limitaneos appellant. Illud etiā non minori eget indagine quod nuperrime in sticho deprehendi plautina fabula ĩ hæc ferme uerba.

Peri hercle uero plane nihil
Obnixe uno gelasimo minus est q̃ dudum fuit.

Omissis his/quæ in horū uersuū interp̃tatione cōmenti sumus pro ingenii captu/codicem esse mendosum asserimus: et ita restituendum.

Peri hercle uero plane non obnoxie.
Vno gelasimo minus ē q̃ dudum fuit.

Sensus Plauti talis loquēte sic gelasimo parasito. Iā pridē iudico me periisse funditus nō aūt obnoxie hoc ē pxime et coherēter: quasi dicere uelit se nūc penitus dispiisse: nō aūt eē obnoxiū et adstrictū piculo. In hoc significatu post cæteros usus ē hac uoce Maro eo uersu. Et fratris radiis obnoxia surgere luna. Prosequit Plautus. minus ē hoc ē minus boni euenit

Gelasimo: quamuis uiderit lætum / ut ipse ratus fuerat augurium mu/ stelæ / q̃ antequam uidisset augurium. Hæc duo plautina carmina corre xi gelio ꝑmonstrante: qui libro. vii. sic iqt. Plautus quoq; linguæ atq; ele gantiæ in uerbis latinæ princeps: quid esset obnoxius nesciuit? Versus enim est in sticho illius ita scriptus. Nunc ego hercle perii plane non obnoxie. Cõposuit. n. Plautus tã q̃ duo inter se cõtraria plane et ob noxie. Eiusdem Plauti ĩ epidico uerba hæc passim habẽt. Itaq; me alea/ tis dentibus derideret filius meritissimo: nos emendauimus alchis denti/ bus, ꝓ ꝓminẽtibus. Nũc nihil ĩmuto quoniã dentes Plautus appellare po tuit aleatos hoc est iocosos: iocis: derisionibus: et sãnis se renudãtes: et ꝓ/ ferentes ad irridendũ seruũ: quem alea cõtinenti subsãnabat. Vsurpabit aleã pro ioco sicuti nos ĩdifferenter ludũ et iocum pro alea lusoria poni/ mus. Si malleatis dentibus scribere libet refer ad illud irrisiõis genus: qđ usurpãt aliquẽ irridentes os aperientes sãna patula: et subito cũ strepitu claudẽtes: in qua uicissitudinaria oris aptura dẽtes ĩuicẽ tũdũt: et arietãt/ atq; percutiunt/ nõ secus ac malleus durã naturã ꝑcutere solet. Sed prior expositio melior perinde ac simplicior. hunc dẽtiũ crepitũ multi ad illud referũt. aspice q̃ longa diuerberat aera sãna. qdã ad illud ꝑsianũ ciccniæ rostrum referre mallũt/ quoniã se ꝑcutiens crepitũ emittit. Amplius ĩ epi stola cõmẽtariis nostris ꝓposita sub titulo Bentiuoli reguli nõ sine hono ris ꝓfatiõe nominandi usurpauimus hæc uerba. Nec ut ille unius diecu/ læ aut alterius spatiũ ad eloquẽdũ petere: sed ociũ melissi: q ĩ apiũ medi/ tatiõe cõsenuit. Nõ me ꝓterit cũ hæc scriberẽ ĩ tritis Plinii codicibus legi bylisci/ alibi philisti. Cæterũ secutus sum codicẽ ꝑuetustũ: in quo melissi scriptũ erat: noĩe ab apiũ natura: quã diu cõtẽplatus est: detorto. Suũ cu iusq; sit iudiciũ an ibi melissi reuerẽtia prisci codicis an uero philisti lege/ re uelit. Nõ omittẽdũ ẽ posse scribi melisti: cuius phisiologi autoritati ini tiť Fulgentius Placiades: de quo hæc libro secũdo mythologicon. Ferũt phisiologi q̃maxime melistus euboicus: q oĩum phisiologorũ sententias disputauit huius generis autem conuitiis esse plenam. Sed et hoc in cap tiuis carmen eget ĩterprete. Iouem supremum testem laudo egio. nõ. n. ita simpliciter supremum dixit. sed alludit nomini iouis: q supremus pe/ culiariter dicebať. Pausanias in descriptione atticæ autor ẽ endocũ dæda li discipulum fecisse delubrum: quod erachthion appellant: aram iouis supremi in uestibulo: ad quam nihil ĩmolant animatum. sed institutum est ut uariis libamentis appositis uno haud utantur. Præterea cum albas quadrigas Plautus usurpat ꝓ uelocibus uide ne de rhesi niueis equis in/ telligat: de quibus Catullus: nec rhesi niueæ citæ quadrigæ.

Hæc pauca retractari uisa: quæ nos aliud agentes eluserūt: ita cōtra sub/ducti supercilii libitinas: uituponesq; tuti. Cōsideret oēs uelim q̄ multa bene dicta non quæ paucula male/ nec forsan male si candidus aure/nec matutina si mihi fronte uenis. Si qs uero meliora reperiet ex doctore fiā discipulus: huic gratias subito testabor et digitū leuabo.

Antiquos unā dictionem habuisse: quæ uocali careret: et quæ sit illa/ simulq; luci suæ restitutus Terentianus uersus ex phormione.

a

Errius Longus iter grāmaticos eruditissimus nec minoris idustriæ q̄ doctrinæ carmen aduocat ex phormione terentiana fabula sane scitu dignissimū: quod i uerrio sic legit. Nō is obsecro ē: quē te semp dicūt. St. qd has metuis fores? Ego pensitatis uerrii nostri uerbis/et relecta repetitaq; terētiana fabula sic corrigenda censeo illa terrentiana uerba: quæ sic passim circūferunt. Quid? non obsecro is es: quē te semper dicūt. Chr. est. So. qd has metuis fores? legendū. nō is obsecro es: quem te sēp dixti. Chr. St. qd has metuis fores. est. n. facilis mendi lapsus huius dictionis. St. in est: præcipue qbusdā nouitatē uocis auersantibꝰ: q qd nō itelligūt iterlinūt atq; dispungūt. Chremes certe p hoc uerbū. St. silentiū idicit sophronæ: quæ iterpellauerat. Qd ut uerrio potius q̄ Pio acceptū feras illius uerba subtexui. Inuēti sunt: ingt: q et sine uocali putēt posse syllabā fieri. Nā aīaduertimus apud comicos. S. et. T. pariter scripta literas/ut apud Terētiū i phormione. Nō is obsecro ē: quē te semp dixti. St. qd has metuis fores? Hoc. S. et. T. pariter renūtiat silētiū. Plautus i pseudulo. St. tace tace. meus hic ē homo ni oēs di atq; hoīes deserūt: nouo cōsilio nūc mihi opus ē: noua res subito mihi hæc obiecta ē. Idē i poenulo. St. tace. qd ē? fores fecerūt magnū flagitiū modo. Verriū hūc exactissimū grāmaticū ignotū scio: nec manibꝰ pphanorū teri. In lucē e puluereo latibulo extractus pridē a uiro literatissimo Georgio merula: q mediolani docuit. Copia Verrii huius merulæ cōtigit ex libraria bobiensi/characteribꝰ lōgobardis ferme exolescētibꝰ i scripturā romanā reformatis. Ad me uenit id opusculū munere Alexādri Gabuardi parmēsis auditoris mei cū publice Mātuæ docerē: iuuenis antiqtatis studiosissimi. Ne qs miret i tribus Terēti codicibus sic nō legi: cū sexcēta i eo carmina desiderent icuria tēporis omissa: quæ i reuerēdæ antiqtatis exēplari legunt: qd Petreius Bēbus patritius uenetus uir eloquētissimus possidet: quo libro Angelus Politianus antiquitatis non incuriosus fassus est examinatiorem / castigatioremq; se comperisse nullibi. Sed hinc ad alia dextro pede trāseamus.

Enarratum Lucretianum et Plautinũ uerbum Cantharus in diuersa a poculo uinario significatiõe. Cap.v.

Xtat pars Lucretiani poematis adhuc male curata incuria et negligētia seculi satis se scire putantis si duos aut tres auctores tenuerit: Fragmẽtum Lucretiani poematis: quod ad nos p tot barbarorũ et illiteratorũ syrtes enatauit: litũ esse multis luminibus ingenii: multæ tamen artis: recte sentimus cũ Marco Tullio libro primo epistolarũ ad atticum: In hoc multa sunt Luculentissime scripta: et profunda eruditione referta: quæ triuiales hoc est ceci doctores cane peius et angue declinãt et auersant: se grãmaticen hoc ẽ littera tutã colere nõ philosophiã causantes: cũ tñ grãmaticã carere philosophiæ cognitiõe ñdeceat: si Quĩtilião grauissimo cẽsori credimus. Sed ut ĩ psentiarũ a minimis ĩcipiã legunt hi Lucreti uersus libro prĩo de rerũ natura.

Quin etiam multum solis redeuntibus annis
Annulus in digito subtertenuatur habendo
Stillicidi casus lapidem cauat: uncus aratri
Ferreus occulte decrescit uomer in aruis:
Strataq; iam uulgi pedibus detrita uiarum
Saxea conspicimus: tum portas propter ahena
Signa manus dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu: præterq; meantum.

Cum dogmatis epicureorũ magnus affectator hic noster Lucretius significare uellet esse quædã corpora tãtula pdita tenuitate ut oculos pstringãt humanos: et obtutũ effugiãt: ad hæc ipa cõfirmãda affert ĩ mediũ notissima exẽpla: ãnulũ. s. dũ habet ĩ digitis attenuari: lapidẽ cauari stillicidio: hoc ẽ casu stillãtis guttæ. Vomerẽ ĩ aruis sẽsim splẽdescere: saxa uiarũ cõmeãtũ pedib; pteri: malleos ferreos hostio affixos attenuari: nec tamẽ ĩde cõparere minutiẽ illã: q̃ tpis momẽto decunt: cũ tamẽ ipa sit corpus: nec uideri possit. Sũt igit cõcludit quædã corpora q̃ uideri nõ possunt. Verũ eniuero difficilia cognitu sunt hæc duo carmĩa cũ hemistichio pcedẽti. Tũ portas pp ahena signa manus dextras: et huiusmodi reliqua. Sẽsus ẽ. resolui quãdoq; corpora ut uideri nõ possint docẽt simulachra: q̃ ĩ forib; posita pstãt pultãdi officiũ. hæc. n. crebra pulsatiõe minuunt. pp portas expone apd portas id est ĩ portis: ut ero apd forũ significat ĩ foro. pp idẽ eẽ qd ppe qs nescit uel eo Ouidiano exẽplo. pter humũ uolitat: põitq; ĩ sepib; oua. Ahena signa. simulachra et imagũculæ ex aurea bractea uel orichalco: q̃ ĩ forib; dcoris gratia figebãt. Ostẽdũt. ostẽdere uidẽt

et indicare. Dat poetice rebus inanimatis ingenium et sensum. Simula/chra nã ꝓ illa ostendere non possunt. Sed partem pro toto posuit: tãquã dicere uellet. Hostia: in quibus celantur signa ahenea ostendunt manus suas ferreas attenuari: nil obstat quin signa ahenea intelligas capita leo/num uel pardorum: et huiuscemodi animalium celata in talem figuram ut dentibus mordeãt fastigium et summam partem marculi.i. mallei ho stiarii nitidiore artificio: quali bononiæ conspiciuntur etiam hodie porẽtum domus et optimatũ: ꝑsertim domus palatina cæsaris nostri Ioannis Bentiuoli patris patriæ uiri nunq̃ satis laudati: ubi affixi sunt leones mo/dici unguibus anteriorũ pedum sphærulam cõtinẽtes caudis foribus im/plexis. Põt et intelligi quod Romani id æui signa hoc est simulachra ex ferro fabrefaciebãt ꝓdita manu dextra: quo elatiore simulachri brachio utebanꝛ pro malleo/opere ita gratiore cum uideatur non tantũ marcu/lus esse. Sed manus hominis ꝑꝑ humanũ simulachrũ ex ære: qua manu feriebãt fores. Quod si dextras legere placet: ut inuulgati codices habẽt: non repugno. Potuit.n. fungi hoc officio manus simulachri dextra: sicu ti nũc fabrefaciũt serpẽtes et lamias: quæ aquas ex cõpluuio euomunt et eiaculantur in ipluuiũ: siphone in os horum plumbo commisso cõferru minatoq;. Posses tamen legere manus extras pro exteras sicuti dextras ꝓ dexteras ab exter extri uel exteri ꝓ extraneo: unde Papinius inqt. Exter honos ꝓ extrario. exteræ manus mallei ferrei pultãdis foribus idonei di cunꝛ. quoniã extra hostio adpingunꝛ uicẽ manus i claudendis: et aperiẽdis foribus ꝑbẽtẽs. Quidam nihil imutãt: dextras epitheton idoneũ mal leis hostii dicẽtes. quoniã sunt dextri.i. opportuni celeritudini itus et re/ditus. Amplius hãc manũ exterã siue dexterã Plautus i menhemis cãtharũ uocat a similitudine: quã præseferre uideꝛ. Fiebãt aũt hi mallei ferrei manus humanæ similitudine: quæ uentre capaciore et ansa/canthari effi giẽ præseferũt: quod nos fugit. Quid enim pudeat noua discere ꝙ ma re Plautinũ uellificãtes. Plautina carmina sunt hæc: quæ in aliũ sensum torqueri uix possunt. Expedite fabulatus. Iã fores ferio. Me. feri. uel ma/ne ẽt mille passum cõmoratus: Cãtharũ placide pulta. Q̃d si ductus plau tinis uerbis: quæ subsecunꝛ cantharũ ꝓ notissimo uase uinario summere libet tuũ sit iudiciũ. Doctius tamẽ et sensui cõueniẽtius ꝓ istrumẽto ho/stii capi posse cãtharũ affirmauerim. De cãtharo græca dictiõe: quæ apđ nos scarabeũ significat alibi monui: quare locus pruriosus scarabeis can/tharoloetros a Plinio uocaꝛ libro.xi. na.his. Herodotus describens apim bouẽ toto corpore nigrũ eẽ tradit: i frõte habere cãdorẽ figuræ quadra/tæ: i tergo effigiem aqlæ: cantharũ in palato: duplices in cauda pilos.

Talum significari p cursorem siue custodem cretensem a Catullo: ibiq; eius obscurior sententia explicata. Cap. vi.

Ircumfertur elegantissimũ epigrãma: multiplicisq; doctrina refertissimum in opusculo Catulli: quem non ab re doctissimum itidem prisci uates appellarunt. Sic passim legit̃ id epigramma. Non custos si fingar ille cretũ Nõ si pegaseo ferar uolatu. Nõ ladas ego / pẽniferue perseus / Nõ rhesi niuex citx quadrigx: quod cum syllabicx mensurx refraget̃ ita corrigẽdũ iudico. Nõ custos si ego fingar ille cretum. Quis hic cretũ custos extiterit rari seu nulli nouerũt: et ad hxc usq; secula carmen id ignoratum habebatur: aliis et aliis ridicula super ridicula cõminiscentibus. Ego refero ad Talum illum nobilem cursorem et certatorem egregium: quem minos rex cretx dono accepit a uulcano ut tutaret̃ insulam cretam: unde apposite custos cretum uocitat̃ a catullo. Quod si cursor cretum scribere mauis ut in nõnullis exẽplaribus legit̃ dictũ erit ex fabula. Dicunt enim poetx hũccine Talum ter idelassato cursu insulam unius diei spatio currendo circũlustrasse: De hoc multa tradunt grxci: ex quibus Tarrxus Lucillus et Didymus hxc: qux nos studiosorũ desideriis occurrentes latina fecimus. Sardonius risus. Aeschylus in libro prouerbiorum de hoc sic infit. Quidam coloni carthaginiensiũ in sardinia habitantes sacrificauerũt super septingentos parẽtũ saturno ridentes et salutantes inuicem. Turpe igit̃ putabat̃ lachrumare flereq;: quapropter factum est ut dicatur sardonius risus. Timxus autor ẽ filios parentes solere i foueis ponere: et quos sagittis petere deberẽt: percutere fustibus: et prxcipitare: corruptos autẽ ipsos ridere filiorum iniustiaã / credẽtes se feliciter et beate mori. Quidam uero a sardinia insula. Nascitur. n. quxdam herba ibi: quam gustantes cum contractione et risu pereũt. Alii autem per figmentũ risum sardonium uocari dicentes ab aperiendis dentibus. Simonides autem dicit Talo anteaq̃ in cretam perueniret habitasse sardiniam: ubi multos dicitur obtruncasse: quibus mortuis os aperiebat: et hinc sardonius risus. Hũc Talo fabulant̃ ferreum habuisse. Datũ minoi a uulcano ad custodiam insulx cretx. Iste uenam unã habebat a ceruice ad calces tendentem. Per pellem autem uenx clauus iunctus erat ferreus: Ter singulis diebus insulam circumiens Talus anxie custodiebat. Huc appellentem Iasonem repedantem a colchis ab introitu insulx impediuit ab introitu. Sed deceptus a Medxa obiit: ut aliqui tradunt: ipsa medicaminibus furorem incutiente: Vt alii pollicente facturã imortalẽ:

et clauum extrahente fluente tabe cum toto sanguine sic ipsum neci dedit. Aliqui autem ipsum periisse dicunt sub calce sagitta ꝑcussum. Plura ex Apollonio afferre potuissem. Sed hæc ad catullianum sirpum enodãdum satis sũperq;. Sunt autores Apollonius scilicet et Pausanias: qui referũt Talum huncipsum propositum esse cretæ a Ioue ut abigeret agenorem europæ patrem ne insequeret̃ iouẽ: qui simulans taurũ illam asportauerat in cretam. Alibi tamen Pausaniæ uerba sunt hæc. Inter Theatrũ et arcem Talus humatus iacet: quẽ Dædalus sororis filium et discipulũ artis interfecit: atq; ob id in cretã aufugit e sicilia: deinde ad Coccalum euasit. sed hic Talus pausaniæ non est cursor ille pernix Catulli. Sed is: quem Ouidius perdica uocauit. Sed admonitos uelim candidos lectores si reperient alibi hanc nostram expositionẽ / illam ducis sibi functam officio credant: quamuis ante hanc editionem nostram publicatũ sit opus Codri doctissimi grãmatici: qui hoc idem tradit. Nostra hoc palestra inuenimus: nullo præmonstrante. Diu enim est quod hoc saxum uoluo: et hæc ãnotamenta lucubro. Sed dum scriniis suis contenta sunt: quottidia namq; domini sui limã expiunt̃ gratiã nouitatis Codro meo indulserũt: quem idem quod nos sensisse mirum nõ erit: nec tamen nos ab illo: nec illum a nobis didicisse. queadmodum ante nos duos Palladius nescio qs hoc publicauit tanquam fœtum suum. Testem inuoco in re ut pote dubia. Diomedem Guidalottum iuuenem: de quo nihil nisi sublime: nisi maximum spero: me secum tanquã cum ocubissimo discipulo ab hic biẽnio cõmunicasse: anteq̃ Codri opera: et Palladii commẽtarius in lucem prorumperent.

Enodatum prouerbium ex Ciceronis epistolis ad Atticum.

u

Erba Ciceronis sunt hæc ex libro septimo ad Atticum uel secundo ut nonnulli uolunt. Cætera in rebus magnis minæ Clodii: cõtentiones: quæ mihi proponunt̃ modicẽ me tangunt. Et. n. uel subire eas uideor mihi summa cum dignitate / uel declinare nulla cũ molestia posse. Dices fortasse dignitatis ἅλις tanq̃ δρυὸς salutis. Quid hæc postrema uerba significarent ἅλις δρυὸς omnes nouere: quod: satis quercus: uult intelligere. Sed quid ad rem faciat τὸ satis quercus: pauci q̃ nouerint. M. Tullius innuere proculdubio uoluit id græcũ prouerbium. quod sic pronunciat̃. ἅλις δρυός. ἐπὶ τῶν ἐκ φαυλοτέρας διαίτης ἐρχομένων ἐπὶ βελτίονα. εἴρηται ἡ παροιμία ἀπὸ τῶν ἀρχαίων οἱ δὲ ἄνθρωποι βαλάνοις δρυὸς τρεφόμενοι ὕστερον εὑρέθησαν τὰς δήμητρος

κορωνίς ἰχθύων τὸ Latine. satis quercus. De discedentibus ex uiliori uita ad meliora. Dicitur prouerbiũ inquãtũ antiqtus hõines glandibus quercuum nutriti: demũ inuentis a cerere melioribꝰ fructibus uictitarũt. Sensus ergo Ciceronis hic ẽ. se minis et clodii certationibus in dies magis ac magis splendescere. Dices fortassis Attice dignitatis hoc est quãtũ ptinet ad dignitatem sat bene res se habet O Cicero. Sed salutis hoc est q̃tũ pertinet ad salutem non bene. Respondet Cicero salutis hoc est circa salutẽ possum respondere: tanq̃: sicuti prouerbialiter a græcis dicit. ἅλις δρυός idest satis quercus: satis utilitatis scilicet et ignominiæ me subisse saluti consulentem: Nunc ad meliora digniora q̃ ẽ ãnitendum: salusq̃ honori postponi debet: subditq̃ Cicero se satis despectus et ignominiæ perpessum cum a Clodio est trusus in exilium eo tempore quo uestitum mutauit equester ordo: et ipse nimis humiliter se gessit in depcanda plebecula: quod a se factũ ægre tulit exul. Hic est uerus sincerusq̃. M. Tullii sensus. Qui cupit alios fucos adpingere nihil agit: et ut dici solet uas danaidum implet: et lẽtẽ icidit. est et huic simile id adagiũ. ἄλλην δρῦν βαλάνιζε hoc ẽ aliam quercũ decute. De his: qui cõtinuo petũt: uel idẽtidem ab eisdem mutuo accipiũt. Dicit prouerbiũ quod glãdibus prius uiuebãt hoines: et balanistas. i. glãdarios uocabãt mercede fructũ talẽ colligentes Tali coactiõe iã finita circũspicientes glãdarii si quæ supererãt in quercu glãdes uiatores dicebãt cauillãtes. Aliam quercũ excute. Sed hoc Ciceronis nec uerbis nec menti congruit.

Corneli Nepotis euentilatum uerbũ. Quid magnificus: et quæ magnificentia. Cap. viii.

c Ornelius Nepos luculenter et eloquenter libellum cõposuit: cui titulus ẽ uita Pomponi attici: in quo plurima cũ nitore uerborũ eruditio cõspicit. Ibi hoc pensitatione dignũ iudicauimus: et indagine nõ contẽnenda. Elegans non magnificus. Splẽdidus nõ sumptuosus: oĩ diligẽtia munditiem nõ affluentiam affectabat. Dubitare quis forte posset cur Nepos iste castissimi sermonis imitator magnificum ademit amico tãq̃ uitium: cum potius cum laude dicat passim: et oĩ cumulo uirtutis. Qua uero propugnatione sit usurus i causa nepotis qspiam facile discet si nostra: quæ tum scribendo: tum docẽdo scripsimus: captus amore leget. Magnificus. n. ab his: qui puritate Romanæ linguæ sunt usi cũ aspgine supfluitatis dicebat: Vt ille magnificus eẽt: q magna magis faciebat et enormia et nimia q̃ modica et mẽsurata et mediocria: i

qbus inest uirtus. Hoc docet elegiographorũ facile priceps Albius Tibullus ita loquens. Magna loquor sed magnifice mihi magna loquuto excutiũt clausæ fortia uerba fores. Hoc et græci ꝓprietatũ retinẽtissimi freqũter obseruarũt: apđ quos μεγαλῆτορ repit et μεγαλοπρέπης. Primũ magnificũ significat et magni cordis: secũdũ ãt magna opãtẽ: et ea tãtũ/quæ đcerẽt: appellarũt. μεγαλοπρέπεια uirtus ẽ: quã Frãciscus philelphusu ir ĩ utraq̧ lĩgua pitissimus asseuerabat p magnificẽtiã explicari nõ posse: uerũ q cupet uerbũ uerbo reddere: sensumq̧ sensui: magnidecẽtiã uocauerit: cũ magnificẽtia declinet ĩ uitiũ. Nõ me ꝑterit magnificũ latinos usurpare: peculiariterq̧ recẽtiores: ꝓ megaloprepi. uerũ nũc de norma nõ de anomalia loqmur. Est Corneli nepotis hic sensus fuisse atticũ affinẽ suũ ĩ uictu admirãdũ ut q electilẽ lautũ mũdũq̧ uictũ exoptabat: nõ aũt magnificũ hoc est supfluitate notabilẽ: splẽdorẽq̧ affectasse nõ aũt sũptũ: q quãdoq̧ uitupatiõi obnoxius est potius q̃ laudi. Põt. n. cõuiuiũ esse magnificũ nõ elegãs: sũptuosũ nõ splendidũ ut palã est. Quãuis ãtiqtus elegãs cũ laude nõ diceret. Cepit tamen postea sine uitio dici etiã cũ laude si elegãtia erat moderatissima: qualis fuit ĩ attico: qđ significat a nepote cũ dicit illũ fuisse elegãtẽ nõ magnificũ. Iustinus ludorũ magnificẽtiã libro octauo nimiũ appatũ uocat et modũ excedentẽ. Sed ne uox elegans te isolentia: nouitateq̧ sua forsan offendat: audi quæ sup ea re Gelius uetustatis maxĩus ĩdagator ãnotauit. Elegãs hõ nõ dicebat cũ laude. sed id fere uerbũ ad ætatẽ. M. Catonis uitii nõ laudis fuit. Cato ĩ libro de moribus. Auaritiã oĩa uitia habere putabãt: sũptuosus: cupidus: elegãs: uitiosus: irritus q hẽbat/is laudabat. ex qbꝰ appet elegãtẽ dictũ ãtiqtus nõ ab ĩgenii elegãtia. sed q nimis læto/amœnoq̧ cultu: uictuq̧ esset. Postea elegãs repħendi qđẽ desiit. Sed laude nulla dignabat: nisi cuius elegãtia erat moderatissima. Sic. M. Tullius Lucio Crasso: et qnto sceuolæ nõ meram elegãtiã. Sed multa parsimõia mixtã: laudi dedit. Crassus iqt erat pcissimus elegãtiũ. Sceuola parcorũ elegãtissimus. Præterea. M. Tullius cũ significare uellet populũ Romanũ odisse priuatũ sũptũ: publicũ uero splẽdorẽ exosculari et si nimius sit et supabũdãs: parcitatis: sobrietatisq̧ mensurã ꝑteruehens sic iqt ĩ oratiõe ꝓ murrena. Odit populus Romanus priuatã luxuriã/publicã magnificentiã diligit. Qđ si cõpies scriptores antiquos: ĩmo auctoritatis locupletis: nõ dubiæ nõ dillutæ: q magnificũ magnificentiãq̧ ad bonã ptẽ trahãt: malluerũt illi usum cõem: q̃ priuatã ꝓprietatem seq. Quid? nõne Plautus ĩ asinaria magnificũ ꝓ iactuoso dicit sic. extẽplo facio facetũ me: atq̧ magnificũ uirũ. Nõ nego tamen magnificũ apud ꝓbatos autores ĩ laudem usurpari. sed usurpatũ est nõ ꝓprium.

Quid Vergilius significet cũ canit. Sedet æthernumq; sedebit infe/
lix theseus: et historia recõdita explicata. Cap. ix.

Ed quo te Vergili piaculo linguã: et ingrato silentio ꝑ
tereã? cuius præcipua uirtute græciæ facta est uictoria
nutans. Tu Homero: quem semp florẽtem Lucretius
appellat: carminis facũdiam: hoc est herculi clauã ab/
stulisti: per te græcia contumax latio cædere nõ detrec/
tat: uel saltem latium ꝓuocare nõ audet: te magnum: te facundũ: te alti/
loquũ italorũ poetarũ caterua circũsonat. Te attica: paritatis alioqn in/
dignabũda: secundum dictitat Homerũ. De te cũ satius sit tacere q̃ pau/
ca dicere cũ ꝓposito nostro cõgrediamur. Quis nõ miret̃ in hoc poeta tã
uulgato: tã obuio: tam excusso diutina cura et meditatione subesse men
das itolerabiles: et sensus occultiores non ab artificioso iterptete Dona
to: non ab honorato Seruio: Gelio: Hyginio: cæterisq; grãmaticis uel nõ
aiaduersos uel non annotatos. Repio tamen ego minimus iter hos maxi
mos: et ut græci dicunt κόρκορος ἐν λαχάνοις multa uel uitio literarũ fe/
data i Marone nostro / uel saltem nõ ad examen curiose ꝑpensa: et ut tã
dẽ pẽdã: qđ diu polliceor uersus marõianus hic est i sexto æneidos libro.
Saxum ingens uoluunt alii: radiisq; rotarum
Districti pendent: sedet æternũq; sedebit infelix theseus. In cuius enar/
ratione loci Seruius sic inqt. æthernum sedebit infelix theseus cõtra opi/
nionem. Nã fert̃ ab hercule esse liberatus: quo tempore eũ ita abstraxit:
ut illic corporis eius reliqueret ptem. Frequenter. n. uariant fabulas poe/
tæ. Hippolytũ ab iferis liberatum Virgilius dicit; Oratius cõtra. neq;. n.
diana pudicum liberat hippolytum. Hactenus seruius. Nõ eruditis satis
hæc iterpretatio faciet: quod ut cum seruio sentio poetam uidelicet fabu
lam uariare ita diffideo fabulam præsagiens quærendam esse: quæ huic
sensui respondeat: et huic uerbo: Seder: quo nõ usus est: sine re poeta. ta
lem igit̃ historiã poetæ proposito lepidissime cõuenientem lego apud i/
terpretem Apollonii rhodii libro primo i explicatiõe huius carminis. θη/
σέα δ᾽ ὃς περὶ πάντας ἐρεχθεΐδας ἐκέκαστο. Theseus iqt iterpres Apol
lonii et pirithous. hic ex ioue: ille autem ex neptuno geniti similia fecerũt
opa. Theseus sane helenes amore captus habuit coopantem sibi piritho
um. Pirithoo aũt ꝓserpinã rape uolenti necesse fuit Thesea seq uerũ hi
postea p tænarũ i ifernũ descẽdẽtes: et sedẽtes sup quadã petra rursus sur
gere nõ ualuerũt. Cæterũ hercules iterũ capiẽs cerberũ liberauit ipm the
seũ. Sed pirithoũ liberare nõ potuit. Rursus expeditionẽ parãtes iouis filii
Castor et pollux: theseo existẽte apđ iferos abduxerũt æthrã matrẽ thesei.
Hãc fabulã euidenter maro designãs iqt Theseũ fore ut semp sedeat q̃/

nis fuerit liberatus ab hercule. Tamen post fata destinatus ē a plutone in memoriā lapidis: quo deceptus ē ut semp sedeat i eo lapide. exeqt. n. Ma ro poenas et tormēta: quæ mortalibꝰ īfligebāt ab obitu. Theseus ui ab/ reptus dū uiueret ab hercule ex illo lapide a morte ad eūdē reuertit: ubi æthernū sedebit: nec amplius expectet ut redimat ab hercule. Sed dū En chiridion meū Geliū. s. reuoluo memoriæ adminiculandæ studio cōpior uerbo tenus ab eodē mētionē huius petræ factā: i qua sedentes Theseus et pirithous decepti sūt: et ad ꝑpetuū īferorū carcerē destiati essent nisi ꝑ herculē stetisset. Auli Geli: si qs lecturirer: uerba subiūxi. Sedet æthernū ꝗ sedebit ifelix Theseus. Qui aūt iqt fieri pōt: ut æthernū apd̄ iferos se/ deat: quē supra cū his noiat: q descēderit illuc: atꝗ ide rursū euaserit: præ/ serti cū ita sit fabula de theseo: atꝗ sic hercules eū euellerit e petra: et i lu cē ad supos eduxerit. Cū igit euulsū Gelius theseū scribit ex petra: Tu d̄ hac itellige: ex qua dolo plutōis ita cōcinata fuerat: ut i illa assidēs nemo posset assurgere. et ob difficultatē imo īpossibilitatē: ut ita loquar: ex hac petra assurgēdi: euulsū: dictio uiolēta Gelio placuit. Sed si lubet maronē tutari ab oppugnatiōibꝰ hygini: nec asylū seu ꝓpugnatio seruiana place/ at dicere pōs Virgiliū cū iqt. Sedet æthernūꝗ sedebit ifelix theseus: loq de Theseo mortuo: q destiatus erat huic poenæ ut semp sederet sup īsen so lapide. Cū aūt supra illū: theseū. s. cū his noiat: q descēderit illuc: atꝗ i de rursū euaserit: nō repugnat huic snīæ: quoni i nūc sup his ē mentio: q ob aliqua delicta ꝑpatiāt i iferno tormēta: qd̄ ex Marōis ordie discere pōs. Sic. n. ꝓcedit Vergili series. phlegyasꝗ miserrimus oēs isonat/ et magna te stat uoce ꝑ umbrā: discite iustitiā moniti: et nō tēnere diuos. Teseū ad in feros d̄scēdisse fabulosū ē. Plutarchus regē molossū fuisse plutonē tradit: eiusꝗ uxorē formosissimā ꝓserpinā: Cerberū uero imanē hūisse canē. pau sanias hūc Thesei pirothoiꝗ descensū ad hāc historiā refert. Cū theseus i thesprotidas iuasisset ut thesprotiorū uxorē rapet: magnā exercitus ptē il lic amisit: ipseꝗ et pirithous. Is enim quærendæ uxori operam dabat: et uterꝗ in uincula a rege coniecti.

De uerbo icubare: et quæ pelles ille fuerint in quibus somnium cap tabant: eruta huius rei historia. Cap. x.

I N eodē Verg lio uiro nūq̄ satis laudato: igeniorū fonte: et doctriārū luce legit hoc carmē. Pellibꝰ icubuit stratis/ sōnos ꝗ petiuit. Seruiana uerba sūt hæc. Incubare ꝓprie dicūt hi: q dormiūt ad accipienda respōsa: unde ē ille icubat ioui. i. dormit i capitolio ut respōsa possit accipe. Quæ tradidimus ex synēsio: et Strabōe d̄ tēplo æsculapii i epidauro: ubi sōnia captabāt ægroti: qbꝰ bonā ualetudinē a dis ostēsā cōiectarēt: illa nūc minime repetēda sūt: ne inutili

ter opus excrescat: studiosos.n.sat ē admōuisse. Quid plauti testimōiū in curculiōe pferā: et palinurū admonētē cappadocē lenonē satius eē sibi io ui icubare? Cur pellē stratā icubarēt ad cōiciēdū sōniū diu ē qđ quæro et tādē iuenio: apđ thesaurū meū pausaniā: q refert cū philostrato āphiarai ædē eē i agro thoebano: quo cōmeabāt illi: q sōnia captare desiderabant: Ibiq̄ dormire uolētes pellē substernebāt. Quare maro doctriarū parēs ut significet latinū recte/et iuxta ritū illorū: q legitime sōniū cōnicere uellēt: se istruxisse: facit illū pelles ascēdere: quas arietinas itelligere debes. Hoc ego ex Seruio desiderabā ut.s.explicaret cur latinus pelles ascēdit. Sniam Pausaniæ græci scriptoris ut ipēsiorē eruditionē referas subtexere libuit: q̄ posita ē i atticæ descriptiōe. Præter eos q̄ apollinis furore oli correpti dicū tur nemo iter uates oracula edidit. sed pstabāt uel sōniorū iterptatione uel augurali scia uel aruspicia: ut facile existimē āphiaraū iterptādorū sō niorū laude excelluisse: qđ uel ex eo liquet: quōiā quo tpe deificatus ē: fu. turorū cognitiōem p sōnia ꝯstituit: ad huius oraculū q̄cūq̄ accedit purga ri primū opꝫ: purgatio ē ut deo res sacra pagat̄: cui et oibꝫ: quorū noia in ara sculpta sūt sacrificāt. his pactis mactati arietis pellē sternūt: atq̄ ita dormiūt sōni significationē referētes. ritus hic a Seruio fuerat ab origine sua repetēdus. De loco romæ ubi spuere nō licebat enarratus Gel. C.xi.

Vlus Gel. togatorū eruditissimus i secūdo librorū: quos at ticas noctes iscripsit Neuii ex Triphalo: siue ut i ātiquæ cu ræ libro dephēdimus: triphalo quo uerbo penis significat̄: carmē hoc adducit. Si unq̄ qdq̄ filiū rescíuero argētū amo ris cā sūpsisse mutuo: extēplo illo te dūcā ubi nō despuas. Sēp hu.c Neuia næ sniæ sensū occultiorē subeē iudicaui: quē req rēs ex his Pōpei uerbis e/ nucleatū habui. Doliola locus i urbe sic uocat̄ q̄a iuadētibꝫ gallis senōibꝫ urbē sacra i eodē loco defoderūt: ubi spuere alicui nō licebat. Dicūt a Ne uio ex psona fortasse dūi uerba seruo minitātis se illū ducturū ad rotā fi gulinā ubi multos labores exhauriet: quæ dolia significauit p uicū dolio/ li: et si illic dolia nō fierēt. Alloq̄t.n. rudē seruū: q audito noie ābiguo do lioli credit se ad laborē doliorū duci: nō secus ac seruus platinus i asinaria i terrogat an ducat̄ ad fustidias: et ferricrepidias: hoc ē ad ærūnas ꝯpedū et pistrinorū. Sic dominus Neuianus ludens i etymologia dolioli uici idicit et insinuat seruo se illū ducturum ad rotæ figulinæ labores ppetiendos. Vicū uero dolioli p ecphrasin describit hoc est p locū ubi minime spuit̄.

Enarratus Ouidi sensus occultior sup pausaniæ turpi amore/ Inibiq̄ mors Philippi macedonis descripta. Cap. xii.

Vidiū poetā igeniosū uocāt eruditi. At ego artificis industriæ. uatem eruditissimū: refertūq̄ multiplicis doctrinæ: et recōditæ

quoq̧:hic ex animi ſententia abditus eſſe uoluit:et affectauit abſtruſa latibula ĩ eo libello:cui ex imitatiõe callimachi titulus ẽ ibis:cuius difficultatẽ nõ occultauit mõ ſed palã manifeſtauit ſic ꝓpemodũ canẽs. Vtq̧ mei uerſus aliquãtũ noctis habebũt ſic uitæ ſeries tota ſit atra tuæ. Ex illo opuſculo uerſiculos duos elegi dignos cura:et meditatõe freqñti:cũ ſẽſus Domitii cõiecturalis ſit:et exꝓfeſſo nil cõptũꝓdẽs. ſed carmia ſic ſe hñt.

Aut ut amantiaden turpi dilectus amore
Oderit/et ſæuo uulneret enſe puer.

Legẽdũ arbitrorꝓ amãtiaden uoce caſſa et nihili amyntiaden unica tãtũ literula ĩmutata:et ita ſignificabiť Philippus macedonũ rex ille deſiocu/lus et luſcus:q necatus ẽ a puero Pauſania:et hic erit ex genuina hiſtoria ſenſus. Puer pauſanias dilectus turpi amore nõ a Philippo. ſed ab attalo amico philippi:oderit te tanq̃ ꝓmiſſam ultionẽ differentẽ:et uulneret te demũ iuſſum ſæuo enſe. Philippus elegãter appellabiť amyntiades quo/niã. ſ. genitus eſt patre amynta ut oĩbꝫ notũ ẽ. Turpis amor ꝑpoſtera uenus decenter appellať. quõiã tetra ẽ:deſpuẽda:quã ſceleſtã medicorũ pri ceps Auicẽna:infandã auguſtinus:ꝑpoſterã:obſcenã:miſerãq̧ Firmicus. Adiuuat ĩtelligẽdũ de philippo amyntæ filio qđ ſubſequnť carmia mor/tẽ Alexãdri filii cõtinẽtia:et cõſequẽter oĩum:q ſtẽma uel cognationẽ du cũt a regibꝫ macedõicis. Quæ referunť ex Valerio maxĩo de ſtatillo amã tiı filio ut diuinare uolũt:q amatorẽ ſuũ ĩteremit:abſolutuſq̧ ẽ et cõprobatus a Mario:de quo extat declamatio qntiliani: Is eni Marius autore Marco Tullio militẽ noluit niſi caſtũ:ſobriũ:cõtinentẽ:ſomnia ſũt ægroti ueteris. Illud ridiculoſius ſi ad Celmũ retorqueas. Hiſtoriã ſi qs deſide/raret nõ omiſſi qn adſcriberẽ uerboſitatis potius crimen q̃ ieiunitatis ſterilitatiſq̧ tolerãs. cõpoſitis ĩ græcia rebus philippus legatos oĩum ciuitatũ corinthũ uocat ad firmãdũ rerũ ꝑſentiũ ſtatũ. Inter hæc expulſa Alexandri matre olympiade pp ſtupri ſuſpitionẽ attali ſororẽ ĩ matrimoniũ ac/cipit. Interea dũ a græcia auxilia coeũt/nuptias cleopatræ filiæ ſuæ et ale/xãdri:quẽ regẽ epiri fecerat celebrat. dies erat ꝓ magnitudie duorũ regũ et collocãtis filiã/et uxorẽ ducentis apparatibꝫ inſignis. Sed nec ludorum magnificẽtia deerat. Ad eorũ ſpectaculũ philippus cũ ſine cuſtodibꝫ corporis medius ĩter duos Alexãdros filiũ/generũq̧ cõtenderet pauſania nobilis adoleſcens ex macedõibꝫ nemini ſuſpectus/occupatis anguſtiis Phi/lippũ ĩ trãſitu obtrũcat:diẽq̧ lætitiæ deſtiatũ fedũ funeris luctu facit. hic primis pubertatis annis ſtuprũ p iniuriã paſſus ab Attalo fuerat:cuius in/dignatiõi hæc ẽt feditas acceſſerat:qđ ꝑductũ in cõuiuiũ ſolutũq̧ mero Attalus nõ ſuæ tãtũ uoluptati:uerũ ẽt cõuiuarũ libidini:uelut ſcortũ uile ſubiecerat:ludibriũq̧ oĩum ĩter æquales reddiderat. hãc rẽ ægre ferẽs pau

ſania q̃relã Philippo ſæpe detulerat:q cũ uariis fruſtratiõibꝫ nõ ſine riſu differret:et honoratũ iſup ducatu aduerſariũ cerneret:irã i ip̃m philippũ uertit:et ultionẽ:quã ab aduerſario nõ poterat:ab iniquo iudice exegit. Autor Iuſtinus i trogi collectaneis. Puer ab Ouidio Pauſanias appellat̃ eo tp̃e/quo fuit amatus ab attalo:et dedecoroſe cõſtupratus:nõ aũt quo illũ trucidauerat. Erat.n. tũc ætatis puectioris. Hæc ẽ Philippi cognatio. Charanus cũ magna multitudĩe græcorũ ſedes i macedõia reſpõſo oracu li iuſſus quærere i æmathiã cõtẽdit urbẽ ediſſam cõdidit. Pulſo deĩde my da(Nã is quoq; portionẽ macedõiæ tenuit)aliiſq; regibꝫ pulſis i locũ om niũ ſolus ſucceſſit. Perdicca poſt hũc regnauit:q archeo regnũ tradidit. huius ſucceſſor Philippus:q imatura morte raptus europũ filiũ paruulũ iſtituit heredẽ. Amyntas huic ſuccedit:cui Alexãder filius:cui uirtutis af fulſerũt oĩa icremẽta:huic frater Philippus amyntæ filius cõpulſus a po/ pulo ſucceſſit i regnũ:cui Alexãder:i quo macedoniæ regũ finis:q̃d i ſe pulchro maiorũ ſuorũ ſepeliri recuſauit. Intereptus ẽ rex Philippus gla/ dio q̃drigas iſculptas habẽte quare ſic legit̃ a nõnullis ille uerſiculus. ſcul pto uulneret enſe puer:quadrigas ut uitaret oraculo admonitus iubebat paſſim ligneas diffrigi. Tãta ẽ hoĩni futurorũ cecitas et caligo. Plurimæ iuaſiões i pricipes factæ ſunt autore Ariſtotele libro politicorũ q̃nto q̃a i corpus uerecũdiã ituliſſẽt:qualis fuit iuaſio illa cratei aduerſus Archelaũ. Sẽp.n. moleſta illi fuerat cõſuetudo eius. Idẽ nõ omittit itactũ hoc exem plũ Ouidianũ. ſed his uerbis eloquẽter enarrat. ἐπιβουλεύθη φίλιππος ὑπὸ παυσανίου διὰ τὸ ἐᾶσαι ὑβρισθῆναι αὐτὸν, ὑπὸ τῶν περὶ ἄτταλον. i. Philip pus uero a pauſania occiſus eſt q̃a nõ ulciſcebat̃ iniuriã ſibi illatã ab atta lo. Primus iuẽtũ hoc excogitaui:et ſi ãte nos Codrus publicauerit. Teſtẽ adduco lucã grãmaticũ bonõiæ nõ icelebrẽ:q noĩe meo Codrũ admõuit: et mihi ſũmope applauſit ſibi ãte me hoc ignotũ tradẽs: q̃re nec Codrus ꝓ ſuo iuulgat. Sed ſenſim et diſſimulãter idicat:cõfeſſus ſtudioſos prius hoc ab aliis audiuiſſe. Sed nõne et prius cũ Philippo Beroaldo meo cõmu nicauerã adſtãte Philippo neſcio quo pãnonio:cui Beroaldus cõmẽtari/ os i queſtiões thuſculanas iſcribit. Sed quoniã de turpi uenere mentio a nobis hita ẽ curioſi iterp̃tis officio minime fũgeremur ſi omitteremus: quæ de hac Fabius Quintilianus ſcribit elegantiſſime in declamationi/ bus. Nihil tale nouere germani et ſanctius uiuitur ad oceanum. Non ſit mihi forſitan quærẽdũ aduerſis auribus ſeculi i tãtũ uitia regna/ re:ut obſcenis cupiditatibꝫ natura ceſſerit:ut polluris i fœmineã uſq; pa/ tiẽtiã maribꝫ:icurrat iã libido i ſexũ ſuũ. Finẽ tamẽ aliquẽ ſibi uitia ipſa excepunt: Vltimũq; ad hoc huius flagitii crimẽ fuit corrupiſſe futurũ ui

rũ. Hoc uero cuius demẽtiæ ẽ?In cõcubinatũ iuniores legunt: et ĩ mulie/brem patientiam uocat fortasse iam maritus.

Quid significet uox cessim apud Marcellũ et de cane: qui Vlyxẽ recognouit. Cap. xiii.

n Onnius Marcellus grãmaticus celeber nõ diligẽti lima ꝓpẽsus exiit ĩ publicũ. Multa ego ꝓ captu: igeniũq; uiribus addidi: q̃plurima mutuatus sum ex uetustis exẽplaribus: iter quæ hoc qđ nũc occurrit his nostris racematiõib adsuã. Altũ mite uel placidũ: iq̄t Marcellus: Varro sesqulyxe. Aduersi uẽti ceciderũt: qđ si ꝑgũt diutius et mare uoluere: uereor ne me quoq;: qđ domũ ab dalio cessint uenero: ꝑter canẽ cognoscat nemo. Quæ mõstra sunt mõstra si hæc nõ sunt monstra? unde nulla cognitio sensusq; liberalis elici põt. In codice admodum prisco fideliq; ita scriptũ repio: recteq; notatũ scio. Altũ mite uel placidũ. Varro sequlyxe. Aduersi uẽti ceciderũt: q si ꝑgũt diutius mare uoluere: uereor ne me quoq; cũ ab ilio alto cessim reuenero: ꝑter canẽ cognoscat nemo. Sẽsus ẽ Varrõis ulyxe loquẽte. Nũc sæuitia uẽtorũ posuit: sedatiorq; facta ẽ, uereor et subdubito ne mare trãscurrẽs fiã senex: et ætatis uitio trãsformatus: ut cũ a troia domũ reuertar: nemo me ꝑter canẽ agnoscat. Reuenire domũ priscus loquẽdi modus ꝓ eo qđ ẽ retrocædere: repedare; et sicuti usurpat Apuleius et oĩs ãtiqtas: domuitionẽ parare. Reuenire ꝓ retro uenire Lucius usurpat. Cessim significat retro a uerbo cedo: ut cũ dicit retrocedo. Recessim Plautus ĩ Casina ꝓ retrouersũ et retrograde eo uersu. Imitabor nepã recessim dabo me ad parietẽ. Trogus lib. secundo. Aut si hoc parũ tutũ extat: uos cõmisso ꝓlio ite cessim: ihibete remos: bello discedite. In alia significãtia cessim a cedẽdo hoc ẽ feriẽdo cõtrariũ ẽ ad uerbio pũcti: ut cessim ferire hoc ẽ ꝑ aciẽ gladii. Cessim potiusq̃ pũctim feriẽtes Romani solebãt illudere. Qđ uero timet ulyxes ne domũ petẽs cognoscat ab alio q̃ a cane: dictũ ẽ ex Homeri historia. Ferũt. n. ulyxẽ receptũ domo a Penelope sub ꝑegrini hitu a nemie cognitũ fuisse ꝑterq̃ a cane et ab euryclia eius nutrice: quæ hospitalis officii cã dũ pedes eius eluerent: tactu manus aiaduertit cicatricẽ: quã hẽbat ex uulnere: i pnaso quodã suis dẽte ꝑcussus. Hic ulyxeus catulus motu caudæ adulãs domio apuit ulyxẽ penelope uxori. Hũc. xx. ãno mortuũ ꝓdit Aristoteles historiæ aialiũ lib. vi. Propterea poeta epigrãmaticus hunc lõga die cõsũptũ tradidit cũ lib. xi. sic cecinit. Lydia dicebar domino fidissima dextra: q nõ erigões mallet hẽre canẽ: Nec q dictæa cephalũ de gẽte sequtus Luciferæ piter uenit ad astra deæ. Nõ me lõga dies: nec inutilis abstulit ætas Qualia dulı/

chio fata fuere cani. Erigões ut hoc icidẽter discas/canis uocabat himera: cephali uero lelapa. Verba Aristotelis de cane ulyxeo sũt hæc. τῶν δ' ἀλλῶν κυνῶν αἱ πλεῖσαι περὶ ἔτη τέτταρα καὶ δέκα ἢ πέντε καὶ δεκα· ἔνιαι δὲ καὶ εἴκοσι· διὸ καὶ ὅμηρόν τινες οἴονται ὀρθῶς ποιῆσαι, τῷ εἰκοστῷ ἔτει ἀποθανόντα τὸν κύνα τοῦ ὀλυσσεως.

Ab Eodẽ Marcello perperã enodatũ Maronianũ carmẽ. Cap. iiii.

u ERGilius libro georgicon tertio: ait idem Marcellus: sic canit. Iniusto sub fasce uiam dũ carpit. putat fascẽ Nõnius ad consulem referendum pudendo per herculem lapsu: quem ut declinare possis fulciendus es autoritate uirorum sublimium. Seruius imprimis in Nõniũ sic exponẽs insurgit. Iniusto sub fasce, sub magno onere: ut ego hoc te fasce leuabo. magnũ autem onus dicit propter arma. Scopon petit: mentemq; Maronis attingit Seruius: cæterum ita exuctus est et ieiunus uti uix possit imo non possit curiosus homo poetæ ritũ Romanum explicantis ĩtelligere. Adeundũs est igitur Vegetius: qui libro primo de re militari sic eruditissime scribit. Pondus quoq; baiulare usq; ad lx. libras/et iter facere gradu militari frequẽtissime cogẽdi sunt iuniores: quibus in arduis expeditiõibus necessitas iminet annonã pariter: et arma portandi: Nec hoc credatur esse difficile si usus accesserit. Nihil enim est: quod nõ assidua meditatio facillimũ reddat: quã rẽ antiquos milites factitauisse Virgilio ipso teste cognosci potest: qui ait.

Non secus ac patriis acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce uiam cum carpit: et hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.

Hi sunt illi fasces hoc est onera: quibus milites assuefaciendi sunt: quod patuit exemplo cincinati: qui iussit pedamẽta milites suos ferre. Quid nõne onera gestarũt imo uictũ cũ processerunt ad sutriũ recipiendum? Vnde natũ est Plauti uerbum admonentis ut cũ munere accedant. Veniãt inquit tãq̃ eant sutrium. Miseramur nedum miramur Nõnium grãmaticũ: qui fascem pro consule acceperit: fortassis a fascibus insigni cõsulatus: quod consulem preit: cum fasces illi pluratiue dicantur dũtaxat si proprie et signate loquamur. Fiebãt autore Plinio fasces consulares ex gallica arbore: quæ spẽs est populi: quam latini betulam uocant. Flexibilis. n. hæc admodũ est. Quare subit in dies mirari magis Ioannis Tortelli incuriã imo crassam supinitatem: qui profitetur ingenue se nõ legisse ex qua arbore magistratuũ illæ uirgæ fierent.

Quid subintelligatur obscenitatis apud epigrāmatistam per mortuum Leonem. Caput .xv.

Pigrāmaticum poetam martialem: quem epigrāmatistam alii: quidam epigramatographum dictitant: salsum esse: scomateq; frequentissimo aspersum: mordacēq; sine fine quis ignorat eruditorum: cū id sidonius sentiat. Hunc Alexāder imperator Romanus suū ma ronem identidem ꝑdicabat. Is. n. qui Martialis cocus appellatur diuersus est ab hoc festiuissimo poeta: cuius uersus hi leguntur libro undecimo.

Quid uellis uetulum ligella cūnum?
Quid busti cineres tui lacessis?
Tales munditiæ decent puellas.
Nam tu iam nec anus potes uideri.
Istud crede mihi ligella belle
Non mater facit hectoris. sed uxor.
Erras si tibi cūnus hic uidetur:
Ad quem mentula pertinere desit.
Quare si pudor est ligella noli
Barbam uellere mortuo leoni.

Dirrigit epigramma suum loligine satyrica litū Martialis in uetulam quandam nomine ligellam: quæ ut tenerioris iuuenioris q; femoris amatoribus suis uideretur euellebat cūni sui pilos. Carpit illam poeta tanq̄ indecentia ætati senili operantem. Conuēit inquit puellaribus annis comptus et munditıes: Tu cum sis prope cineres ne dicam cinefacta non debes agere: quod puellæ: quæ nedum annorum carie ꝑsa es. sed ipsa caries: nec quidem anus es. sed ipsa annositas. Tu cūnum non habes. sed cauernam quandam et macræ bouis uropygium. Vulua certe uocari non debet: quam tanquam mortuam mentulæ omnes auersantur: et fastidiunt. Sed si sapias: nec penitus pudorem cum pudicitia perdidisti desine barbam mortuo leoni uellere. Cætera sat percipi possunt ī hoc uno hæreo qua nam causa cūnum uetulæ nuncupauerit mortuum leonem. Vetulum comprobo leonem dici cūnū quoniam uellendo non incitabitur nec summet iras: nec ardescet aut incendetur: sicuti leo mortuus aut nimio senio confectus uiribus amissis incēdi neq̄t. Sed cūr leonē dictitauerit ī hoc solo titubo. Cæterū ut quod habeo soluam sentio cūnum uetulæ uocari fetidum tum uitio naturali tū magis ætate senili: quæ nedum putorem. Sed et uermes procreat in locis

muliebribus. Vocare leonem reor a fetido et aspnabili odore: quem olorem uocat Apuleius. Siquidem tradat Plinius ora leoni fetere: Nam os leonis ut significaret poeta barbam uellere dixit: quæ os leoninū designat: quod illiberaliter olet. Per barbam pilos cūni senilis intelligit: quos im propne barbā uocitauit ut esset fetoris loci muliebris et leonini oris i omnibus methaphora similis. Os leonis esse fetidū idem sic tradit.

Tam male thais olet q̄ non fullonis auari
Testa uetus. media sed modo fracta uia.
Non ab amore recens hircus. Non ora leonis
Non detracta cani transtyberina cutis.

Grauem odorem nec minus halitum leonibus esse docet Plinius libro octauo naturalis histo. Tradit Aristoteles: si recte memini: os leōi male olere: quæ causa est ut carnes ab ipso tactæ non edantur a cæteris animalibus. Fuit quando rettuli sensum hunc Martialis ad id prouerbium: quod his uerbis usurpat Plato libro primo de re publica. Putas ne me adeo furere ut leonem tondere audeā? ut per hoc prouerbium nimis temerariam: uecordem: et insulsam ligellā epigrammaticus ostendat: quæ uellere non modo tondere leonem audeat hoc est irritare ad effundendam omnem iram hoc est putidū odorem suum: qui p hanc dictionem: Mortuo: significatur. Prior tamen expositio facilior est et uerisimilior; quando non illam audaciæ poeta ream facit; uerum affectatæ præter decorum munditiæ. Sed hoc addamus potuisse epigrammatistam leonem cūnum dicere a leonis immodica salacitate: uel leonem dixit a senio. Est enim leonibus longa uita. Vel leonem cūnum dixit pro uirosum: et deuorare homines cupientem sicuti leones in senecta dicuntur hominem appetere. quoniam ei ad psequendas feras uires non suppetant. Ligella in hoc loco nomen est uetulæ. Plautus ut hoc obiter discas ligellum uocat tuguriunculum e ligno cōpositum. Sic enim inquit i aulularia. E tuo ligello fumus si qua exit foras. q̄uis illic ante nos non ligello sed tigillo legeretur.

Sexti Pompei Codex illustratus cū de imusulo: Buteōe: sanqualiq; meminit. Cap. xvi.

P Ompeio Festo plurimum debent: qui latinas literas affectantur. Hic. n. facta quadam ueluti centuria collegit antiquorū uerba ardua: nodosa: complicata: quæ tanta facilitate felicitateq; enucleauit ut melius nil supra fieri possit et excogitari. Multa nos ad illustrandū hunc nobilissimum scriptorem contulimus cum Mediolani doceremus: his: quæ no

bis uenerant ex codice peruetusto: et ob hoc fidelissimo: qui ex illyria Pomponio læto extra ingenii aleam posito fuerat oblatus plura additurus eram et fortassis meliora ni me bononiam patriam meã princeps florentissimus Ioannes Bentiuolus ꝑter spem redire coegisset dũ opus hoc esset sub incude. Inter multa: quæ suppleuimus: aut aliter q̃ in tritis exemplaribus eius legebantur emendauimus: hoc fuit. Sic. n. passim scriptum circũferebatur. Alites uolatu auspicia faciẽtes istæ putabantur: anquasis: Immusculus: Buteos: aquila: uulturius. Legẽdũ esse docuimus. Alites uolatu auspicia faciẽtes istæ putabantᷣ. Buteo: sanqualis: Immusulus: aquila: uulturius. Scimus certe inter diras alites sanqualem numerari: et incendiariã: quam quidam putant spyntburnicem: ossifragam: et id genus reliquas: quãuis in ꝑsentiarum mixtim de auspicatis: et inauspicatis Sextus Pompeius agat. Buteo iter genera accipitrum cõnumeratur: græci a numero testiculorum: Tres. n. habere dicitur: triorchen uocant. Huic Plinius autor est Phemonoen apollinis filiam existimatam nomen dedisse. Ferunt historici Buteonem sedisse in naui Fabii ducis auspicio prospertimo unde Fabia gens Buteonum cognomen adepta. Autor Plinius lib. decimo. Fabii Buteonis meminit Liuius libro ab origie urbis decimo et tertio. De sanquale et imusulo sic ꝓpemodũ scribit Plini. Sanqualẽ auẽ atq; immusulum augures Romani magnæ quæstioni habent. Imusulum aliqui uulturis pullum arbitrantur: et sanqualem ossifragam. Massurius sanqualem ossifragam dicit esse. Immusulum autem pullum aquilæ priusquam albicet cauda. Quidam post Mutium augurem uisos nõ esse romæ confirmauere. Ego quod uerisimilius est in desidia rerum omnium non arbitror agnitos. Est et auis inauspicata: quã nostri incẽdiariã: græci spyntburnicẽ dicunt: Plautus per diminutionem spynthurniciũ: de qua Plinius et Aristoteles meminerunt: a qua diræ et inauspicatæ: i. execrãdæ libidinis inuentores: et artifices uocati sunt spinthriæ: non autem a fauillis ut quidam cõiectãt. Autorem huius mei inuenti in Plautinis cõmentariis hunc ipsum Pompeium adduxi. sed illũ illyriensem hoc est ĩtegrũ: in quo mihi grati/candidiq; lectores applaudũt: ut qui rẽ a literarũ argis nõ ĩtrospectã primus ostẽderim et iuulgauerim. Qui plura sup icẽdiaria seu: quæ eadẽ ẽ: spinthurnice: noscere uelit Piũ diligẽter excutiat.

De Alcone cretensi sagittario absolutissimo ĩtellexisse Manliũ astronomicum. Cap. xvii.

M Anlius sciæ sideralis et astronomicæ maximus professor et antistes multa nitide scripsit et erudite: inter quæ hoc relatu dignum iudicauimus: quod libro quinto matheseos inuenies in hæc propemodum uerba.

Quin etiam ille pater tali desidere cretus
Esse potest: qui serpentem super ora cubantem
Infelix nati somnūq; animāq; bibentem
Sustinuit misso petere ac prosternere telo.
Ars erat esse patrem: uicit natura periclum.
Et pariter iuuenem somnoq; et morte leuauit.

Notissimū est / quod sentit Manlius fuisse quēdam optimū arquitem hoc est sagittarium: qui cum uidisset superstare corpori filii serpentem somnolenti: curuauit arcū spiculum unde contorsit ī serpētem: et illū lætho dedit nullatenus filio leso: Talem adprime callentem sagittarum peritiam tradit Mālius sub cælesti signo hoc est sagitta ortum. Quis hic fuerit certissimus sagittarius ex iis Seruii uerbis discere poteris: quæ posita sunt in buccolico ludicro in enarratione illius carminis. Aut Alconis habes laudes / aut iurgia Codri. Alcon cretensis sagittarius fuit: cuius cū filium draco inuasisset: tanta arte direxit sagittam: ut ea currens in serpentis deficeret uulnere: nec trāsiret i filium. legi apud græcos autores hunc alconem erecthæi atheniēsium regis filiū fuisse: q ex terra attica cū chalciope filia i euboeam fugiens uenerit: quam cum pater repeteret: chalcidenses nequaquam uoluerunt reddere: De hoc alcone extat in græca antologia elegans epigramma.

Restitutus Codex Varronis: et quid sit Clypeare brachiū: et incurui ceruicum pecus. Cap. xviii.

u Arronis in liminari pagina librorum: quibus de lingua latina titulus est in passiuis codicibus ad hanc seriem ista legunt ab his / qui aurem hispidā habēt: iacentē: et sicuti dixit epigrammatista: boatauā. Secūdus: a quo grammatica descendit antiqua: quæ ostēditur queadmodū quodq; poeta finxerit uerbū: qđ cōfinxerit. qđ declinarit. Hic paruirudētū sibilus: hic ī ceruice ruitū pecus. hic chlamyde clupeat brachiū. Varrōis undecūq; doctissimi sensus hic ē: esse quatuor modos absolutæ: pfectæq; grammaticæ: quorū unus ē callēter et adamussim nosse poetarū uerba: quæ lepide: quæ decēter: et obscure cōminiscant: aut parce ex græco detorqueant: sicuti in hoc exemplo est: et apponit carmen pacuuianum: quod sic emendare debemus: Hic paruirudentum sibilus: hic nerei incuruiceruicum pecus. hic chlamyde clupeat brachium. Sibilum paruirudentū poeta uocitat ruditum paruorum animaliū: qui sibilo similis est: Siue nauiū paruarum: quæ rudentibus uelificantes hoc est funibus nauticis clamorē emittūt: et sibilū unde Vergilius ait. Clamorq; rudētū. Ruditus est asino

rum:sed hi funes cū strepitum asinorum clamori similem emittunt rude re dicūtur. Hic inqt Ennius paruirudētū sibilus subintellige exaudit. Demū subiūgit idē poeta. Sed nō in eodē loco. Affert.n. uarro tria exempla difficiliū uerborū eiusdē poetæ ex diuersis locis. hic pecus incuruicer uicum: subītellige pascit: seu aliud agit. Incuruiceruicum uocat quoniā inflexam et curuam ceruicem habet/et peculiariter in pascēdo. Siue perpetuum epitheton est quoniam pronaq; cumspectent aīalia cætera terrā os hoīni sublime dedit. Sumptū ex græco hoc epitheton īcuruiceruicū ut paulo post patebit. in hac dictione in auget. Dicitur incuruiceruicū/qđ maxime curuam ceruicem habet: ut īflexū ualde flexum: et mille huiusmodi. Chlamyde quis clupeare dicitur brachium quando chlamydem/siue lenam/aut pallium brachio inuoluit ut se ab hoste tutet cum ueri clupei non suppetit occasio: quod liuius ab Annibale circumuentum grachum fecisse refert: inuoluit enim paludamentum: quæ uestis imperatoria est: dextræ. Clupeare idem quod clypeare. y. in. u. latinum cedente: ut patet in amphitruone: Sulla et id genus reliquis. Ad hanc rem faciunt Marcelli uerba talia. Clypeat pacuuius i hermiona. Cum licuit clamyde contorta astu clypeat brachium. Ita et galeare. Cinna in epigrammatis. Miseras audet galeare puellas. Adduci hic a. M. Varrone tria pacuuii exēpla ex diuersis locis satis docet quintilianus libro primo. Cæterum ex præpositione et duobus uocabulis dure uidetur struxisse pacuuius. Nerei repandirostrum incuruiceruicum pecus. Subdit. Sed res tota magis græcos decet: nobis minus succedit: nec id fieri natura puto. Sed alienis fauemus ideoq; cum κυρταύχενα mirati sumus: incuruiceruicum uix a risu defendimus. κυρτόν. græci curuum. αὐχήν. ceruix unde cyrtauchena græci dicūt quæ pacuuius noster incuruiceruicā.

Mendum paruum inficere nitidissimas illas Papinii siluulas: inibiq; explicatum quid sit molorthus. Cap. xix.

Tatii Papinii siluarum quinq; uolumina feruntur rebus tot et mendis præscatentia quo fit ut a multis id opus subito calore profusum minus in dies appetatur. Nos uero: qui pro uirili studiosos adiuuare contendimus dum cursim trāslegimus siluarum illarum balsamo et myrrha fruticātium librum tertium subit uulgatum exemplar maculosum circumferri in uerbis huiusmodi.

Huius utrumq; latus molli præcingite gyro/
Et partite uices: uos stupea tendite mali

Vincula: uos summis annectite suppara uelis.
Vos zephyris aperite sinus: pars transtra reponat:
Sint quibus exploret rupes grauis arte molorchus:
Quæq; secuturam religent post terga phaselon. Papinius Metio celeri propempticon hoc est comitatiuum poema mittens: qui nauigationē parabat in syriam: rogat omnes nymphas maris uelit obsequi metio: expediantq; se ad nandum: et nautarum fungendum officio: quod ut exactius fiat et digestius rogat operas: et officia partiantur. Alia īquit e nymphis funes tēdat: alia suppara uelis ānectat: alia nautica sedilia disponat: alia demittat aquis curuæ moderamia puppis hoc est gubernaculū: quo moderantur magistri/reguntq; nauem: cuius sedes ē in puppi: Nec enim intelligere debes anchoram ut perperam Domitius iterpretatur. Subdit Statius. Sint etiam quædam nymphæ: quæ conto siue perpēdiculo maris explorent altitudinem ita scopulos cauentes ut nauis euadat: nec detrimenta patiatur. Satis Domitius alioqui probe ingeniatus homo percipit sensum poetæ: uerum non tenet: ut et ipse ingenue et literate fatet quid sit molorchus. Verba eius subscripsi. Molorchus instrumentū nauticum ad latentia saxa indaganda: quod miror et a nostris et a græcis: Julioq; polluce in primis pretermissum fuisse. Hactenus ille. Nihil est qd Domiti mireris nostros græcos ue non tradidisse molorchi etymcn aut significatū. Verbū est enim id mendosum et nimiopere corruptū. Dādus est igitur coniecturæ locus: et hoc pacto illius uersus lectio restituenda. Sint quibus exploret rupes grauis arte molorthus. qua uoce significatur perpendiculum plumbeum: quo duce utūtur ad scopulorum profunditatem: aut maris subsidentis hyatū indagandū: quam uocem perpendiculū scilicet cū carmine latine non posset exprimere Papinius usus est nomine græco per periphrasin rem subnotante sicut suus est mos etiam in cæteris facere. Molorthon namq; si ad uerbū latine uolumus exprimere significabit rectū plūbū: quod nil aliud est q̄ perpendiculū. μόλυβδος significat plūbū. ὄρθος rectus. ad modulatiorem sonoritatem uerbi compositi atterit pars primæ dictionis et fit molorthos: quod peculiare græcorū uidemus. Suidas nomine tenus ut solet in pluribus molorthi mētionē facit. Sed cum significatum uocis ignoraret nomen tantum posuit: et explicationem reliquit: ut quod ipse nesciret/posteri quærerēt exploratius. Perpendiculum id esse satis indicauit papinius: quod uerbum explorat usurpauit: quod est proprium recto plumbo siue perpendiculo. Cuntum latini uocant hastam: qua nautæ altitudinem gurgitis maritimi solebant inquirere: unde percuntari deflexum uerbum pro diligenter explorare.

Nunc utuntũr ad hanc explorationẽ magnete lapide: quã pyxidecilã dicũt. Plautus uorsoriã uocauit: qđ illa docet a scopulis aliorsũ uertere naui. Molorchus demũ seniculus fuit archadicus: q ad expugnationẽ leonis nemiæi ꝓficiscẽtẽ herculẽ suscepit comiter hospitio: unde leo molorchæus appellatus: et huic seni solẽnia sacra istituta: quæ molorchæa dicebãt.

Consideratum uerbum pressius in Apollinari Sidonio. Cap. xx.

S Idonium Apollinarem in cõem studiosorum utilitatẽ cum qbusdam nostris interpretatiũculis ꝓmulgaui cũ habitarẽ mediolani. Sed opus illud non ad unguem fuit exploratũ: nec uti Fabius Quintilianus admonuit in decimum annũ repositum. Subita fœtura fuit ut notarii manus ocyssimas ligua subsequeret: nec quidem uno libello interim ĩ manus assumpto: quo memoria fieret adminiculatior. Nec id tam mutilum: tã denormatum opusculum in animo fuerat edere. Sed id mihi et musis meis cecineram. Cæterũ qd opus est mihi bono consilio si non datur uti? Dũ animi gratia rusculũ inuiso Amicus meus omnia mea ex fronte hãmonis relata credens me oia potius q̃ hoc cogitante dedit nescio cui bibliopolæ iuulgãdum. exẽplo Ambrosii quẽ temeritatis accusat origenes quod se nescienite quædam opera sua secreto edita: quæ heresim sapiebant: publicauerit. Ego hoc ægre: ut debui tuli. quoniam thesauros: ut inqt Piso: oportet eẽ non libros. At facta infecta fieri nõ possunt. Hac te tanq̃ palinodia monitum uolo si qd bene dictum in sidonianis interp̃tationibus iuenis. quoniam nullus tam nihili liber ẽ quin aliqua parte prodesse possit: et ut ait Ouidius. Non sterilis locus ullus ita est/ut non sit in illo Mixta fere duris utilis herba rubis: illud subito casui adscribas: q autore euripide quandoꝙ magnum habet ingenium. Si qd incogitate: perperam: inexaminate/celeritudinis uenia in me licet utare: tum quod non sciens prudensꝗ peccaui. Extractum mediis opus ẽ incudibus illud: Defuit et scriptis ultima lima meis: et ut a liuore tutus ouidiano uersiculo finiam. Emendaturus si licuisset erã. Quare inter abortiua numeret nõ aurẽ inter fœtus hic cõmẽtariolus: nec pro meo recognoscat: q ante diem lustricũ hoc est anteq̃ in nomen familiæ meæ transiret: euolauit. Sed age cum Sidonio ipso tandẽ cõgrediamur. Sic. n. loqt Apollinaris libro epistolarum primo. Diluculo aũt philomelã inter frutices sibilantem: ꝓgnen inter aceres minuriẽtem: cui cõcẽtui licebit adiungas fistulæ septiforis armẽtalẽ camœnã. Sed omissis his: quæ olim tradidimus minuriẽtẽ uoce paruula succinẽtẽ exponere debemus. μινυρίζω uerbũ græcũ est: quod significat cantillo: ut Apulei uerbo nũc utar: in quã sentẽtiam protulit id argẽtarius. μινύθει νῦν μινυ-

ῥίζῃ παρὰ δρυΐ. μηκέτι φώνει κλωνὸς ἐπ᾽ ἀκροτάτου κόσσυφε κεκλιμένος. Alloquitur merulam Argētarius poeta ne amplius cantitet: nec obstrepat a ramo quercus inclinato. Ab hoc uerbo Sidonius Apollinaris ꝓgnem minurientem modulate concinnētem uocat libro primo epistolarum: quod græci μινυρίζω dicunt latini .y. in .u. uertentes minurizo dicunt. Prius minurientem exposuimus minuti instrepentē: docuimusq́ murmuritantem quosdā codices manuscriptos habere. Diximusq́ sinceriorē lectionē esse si non prognen: uerū palūbē legeremus cōcinēte spartiano i antonio Geta sic scribente. Familiare illi fuit has quæstiones grāmaticis ꝓponere ut dicerēt singula aīalia quomō uocē emitterēt uelut agni ballāt: porcelli gruniūt: palūbes minuriūt: ursi sæuiūt: leones rugiūt: leopardi rictāt: elephāti barriunt: ranæ coaxāt: equi hinniūt: asini rudūt: tauri mugiūt. Nō absone leges ꝓgnes mimirtiriūt: cū mimirtiriones autore Festo dicant auiū minorū cantus. Hæc sunt quæ tunc celeri īmo præcipiti calamo mihi subnotauerā. Sed nihil: ut dici solet: ad Dionysium. Verū eniuero cū deflexerimus ad auiū uoces non erit inseriū cōtexere: quæ græci scriptores sup̄ hac re ꝓdiderūt: a qbus hæc usurpata reperio. Cycni ᾄδειν. Cicadæ ἠχοῦν. Lusciniæ τερετίζειν. Sturni κικλίζειν. Cornicis et coruorū κρώζειν. latini dicunt crocitare: Apiū et uespæ βομβεῖν. Ignis sonus βρῶμον. Vētorum πάταγος. lignorū συριγμός: foliorū ψιτύρισμα. Caprorum φρυιμαγμὸς et φριιμός. hominum κεκραγέναι. Canū ὑλακτεῖν. Luporū ὠρύεσθαι. ꝓprie aūt et canū uox ὀρυγή. pecudū βρυχᾶσθαι. Bouū μυκᾶσθαι. ursorum et pardorū ὀμάζειν. serpētum et draconū συρίζειν. Aglarū κλαγκάζειν. Gallorū κοκκύζειν καὶ ἠχεῖν. Suū γρυλλίζειν et γρύζειν. Perdicū κακκαβίζειν. Noctuarum κικκαβάζειν et κλώζειν. Auium κακκάζειν. Curruū τετριγέναι. Caccabare perdicas tamē qdam uoluerūt latine dici posse moti autoritate cuiusdā opusculi: cuius autorē Ouidiū falso ꝑtēdūt. Aristoteles tamē hoīnū summus libro qnto de aīalibus perdices ait κακαβίζειν. repetit enim uocem κακα. unde pdici repetita uocabula doctiuscule attribuūtur a Papinio: nec tamē ob hoc docilē eē Statius idicauit si repetere uocabula dixit. Alludit.n. ad naturalē pdicis uocē: i q̈ prias duas repetit syllabas. uoluit sane uerbū græcū significare Papinius: qđ repetita duplici syllaba ꝓfert uocē natura duce pdix. In cuius papiniani loci iterꝑtatiōe miraṫ Domitius cur pdix docilis a Papinio tradaṫ cū nō hoc poeta senserit. Aristotelis uerba sūt hæc. διαφέρει καὶ τῶν περδίκων· οἱ μὲν κακκαβίζουσιν, οἱ δὲ τρίζουσι. κακκαβίζουσιν Caccabāt Theodorus fidelissimus Aristotelis iterpres latine conuertit.

Libet quoniam de sonis naturalibus animalium pauca diximus: adde

re et ea:quæ Iulius pollux uir tantus non spreuit. Tradit.n.pollux libro
quinto quosdam poetas cecinisse canes βαΰζειν quod latini duce Lucre
tio Baubari uerterũt. Quis nõ nouit id Lucretianũ de canibus prolatũ.
Et cũ secretis baubantur in ædibus. Præterea græce canes dicuntur ὑλακ
τεῖν. Sonus ὑλακὴ καὶ ὑλαγμὸς et apud xenophontẽ ἀρράζειν καὶ ἀρρά
ζοντες. Luporum sonus dicitur ὠρυγὴ, ὠρυγμός ὠρύεσθαι. ὠρυόμενοι. Leonũ
βρύχημα. βρυχηθμός. βρυχᾶσθαι. βρυχώμενοι. Equorum χρεμετισμός. χρε
μετίζειν. χρεμετίζοντες: nonnulli quoqꝫ et phrimagmon equorum uo
lunt esse uocem: et φριμάττεσθαι equos dicunt: generatim uero φρυ
άττεσθαι. suũ grylismos: γρυλίζειν. γρυλίζοντες. καὶ γρύζειν. καὶ γρύζοντες
Bouum μύκημα μυκηθμός. μυκᾶσθαι. μυκώμενοι. Ouium βληχή. βληχᾶ
σθαι. βληχώμενα. Caprarum μηκασμὸς. μηκᾶσθαι. μηκώμεναι: et myca
das capras homerus appellat. Videtur tamen proprium caprarum magis
φριμαγμός: φριμάττεσθαι. φριματτόμενος ut autumat Herodotus in i
fantiũ phrygiorum sermone: βληχᾶσθαι capras putans. Asinorum βρώ
μησις. βρωμᾶσθαι. βρωμώμενοι. Dicuntur et ὀγκώμενοι: et ὄγκηστας aliqui
poetarum asinos nuncupant. Sunt et aliæ feræ: a quibus proprium uocis
nomẽ non ẽ: ut ursæ: pantheræ: quarum sonus βρυχᾶσθαι dicitur: Mino
rum uero ut uulpium et thoũ et luporum τὸ ὑλακτεῖν καὶ ὠρύεσθαι.
Præterea aqlas dicũt κλάζειν: Similiter et grues: accipitres uero ῥύζειν et
gallos ᾄδειν. et cucullos κοκκύζειν: et pdices τιττυβίζειν uel κακαβίζειν.
cothurnices γρυλίζειν. et cygnos ᾄδειν. et turtures τρύζειν. et columbas
γογγύζειν. et cornices κρώζειν. Et sturnos κλώζειν. uel κολοιᾶν. Et turdos
ζυίζειν. Et cicadas τιττίζειν. Et apes βομβεῖν. Et upupas ποππύζειν. Et
noctuas ὑύζειν. meleagrides κακκάζειν. Et nycteridas hoc ẽ uesptilliones
τετριγέναι. Et picas κιτταρίζειν. Et hirundines ψιθυρίζειν. Et luscinias
ἰυσομεῖν.

Quales fuerit ludi q̃ Iuuenales dicebant̃ Sidonius et Trãqllus enarrati. Cap.xxi.

c Omposuit idẽ Sidonius epigrãmata: panegyricos: carmĩaqꝫ encomiastica hoc ẽ laudatoria et ꝓpẽptica: quæ sũma doctrina nõ carẽt: inter hæc ãnotatione uersus hi digni iudicati sunt qui modulo phalecio currunt.

Iam famæ Iuuenalibus pactis
Cum te præbueris sequente in æuo
Intra aulam soceri mei expetitus
Curam cum moderatus es palati
Chartis posterioribus loquemur. Mendum scriptoris notãdũ ẽ in primo

carmine: Nam ubi famæ est/uero/scriptum erat. Dicitur quis peragere iu uenalia famæ cum in iuuenili ætate famæ consuluit: qua pacta curã trasⸯ tulit ad uirilis actiones. De Iuuenalibus ludis meminit tranquillus in Ne rone. Spectaculorũ īquiens plurima et uaria genera edidit: Iuuenales: cir censes: scienicos ludos: gladiatoriũ munus. Iuuenalibus senes quoq; con sulares anusq; matronas recepit ad lusum. Gordianus impator per quat tuor dies cõtinuos exercuit iuuenalia ut scribit Capitolinus. Pauca quoⸯ q; de iuuenalibus neronis Tacitus. Sed nullus iuuenales ludos opulenti us ostẽdit q̃ Dion in uita Neronis: cuius ad hunc sensũ uerba sunt, Post hæc Nero rursus alterũ genus festorũ dierum induxit: quæ iuuenalia apⸯ pellauit cum barbã deponeret: tũc.n. primũ rasus est. Pilos uero atq; caⸯ pillos in pyxidem auream imponens ioui capitolino dicauit. Ad ludos et festũ generosi uiri nomina passim dedere. Illud pro mõstro quod ælia ca tella genere et diuitiis pollens: et iam grãdis natu: octogenaria.n. erat: sal tauerit. Reliqui uero qui pp senectutẽ uel morbũ aliquẽ nihil priuatim agere poterãt: tunc in chorũ processere: et quãtũ uires cuiq; suppetebãt se exercuere. Confluebant ad ludos constitutos uiri prudẽtissimi: mulieⸯ res: puellæ: adolescentuli: anus et senes. quin etiam qui in cæteris spectacu lis quidq̃ edere non ualebant in chorũ secedebãt. Fuere qui præ pudore personas induerent. Sed deletæ fuere. Facies depositæq; personæ petente populo id ut agnoscerentur. Nero quoq; ut gloriosum finẽ ludis appone ret: et his cõuenietẽtem: quæ agebant prodiit et ipse in theatrũ: prõnũciaⸯ uitq;: nominauit Gallio seneca Neronẽ eũ esse: qui in theatrum prodiisⸯ set. stetit itaq; in scena Cæsar in ornatu Cytharoedico hæc dicens. Audiⸯ te me obsecro benigne domini mei. Cantauit item ad citharam: Atin et bacchas Augustus. Adstabant milites: uniuersus etiam populus quanⸯ tum sedes capere poterãt: uocem breuem et subobscuram edidit. ut rurⸯ sum pariter et lachrymas omnibus moueret. Tunc accessere propius Bu rus et seneca uelut præceptores nescio quid subicientes: manu præterea etiam ueste concussa complodebant quoties quippiam his decãtasset: atⸯ q; alios ad se trahebãt. Consurrexerat exercitus propius quinq; miliũ miⸯ litum: qui Augustani uocati fuere. Hi primi laudes cecinere. Cæteros ali os adstantes uel inuitos solus præter thraseam idem fecere. Hic enim nũ quam consensit. Cæteri uero et maxime illustres uiri festinantes: et cum gemitu concurrebant. Ea omnia cum gaudio acclamãtes: quæ Augustaⸯ ni concinebãt. Frequẽtes audiebantur uoces huiusmodi. Pulcher Cæsar Apollo Augustus unus ut Pythius. Per deum Cæsar nullus te uicit. Post hæc cœnã dedit populo in nauibus: eo ĩ loco: in quo naumachiam

Cæsar ediderat:atq; inde media iam nocte in Tiberim nauigauit:et hæc autem oia Nero in prima resecatione barbæ fecit. hæc Dion. Ego profi-teor ingenue:liberalis.n.animi est fateri per quos profeceris: hæc uerba me ex uitis Georgii merulæ uiri undecunq; doctissimi:quas latinitate ex Dione donauit accepisse. Sunt.n.apud me solū duodecim uitæ Dionis Georgio interpte:quæ ad duodecim Tráquilli Cæsares faciunt:me his tā q̄ munere incomparabili donauit cum mediolani agerem uir humanissi mus et nobilissimus:cui in morte Merula crediderat:et ubicūq; loquens de Tranquilli Cæsaribus utar latino eloquio scito ea ex iis uitis Georgii i terpretationē te lectitare:nec alieno potius utor q̄ meo nō eo quod Dio nis luculentissimi scriptoris copia apud me non sit:illius.n. multiplex au reum uolumen possideo:sed hoc ago quoniam tantalea Georgii facun-diæ oratio nulla:loquor enim quod sentio:aspirare potest:tanto minus nostra. Iuuenalia siue iuuenales ludos:cum mētio tibi inciderit:illos ītel-lige:qui celebrabantur pompatico omnium rerum apparatu cū quis ex adolescentia egrediens in iuuētutem migrabat:et i iuuenilem / seu quod idem est iuuenalem ætatem:quando barbam rasitabant iuuentuti auspi cantes: illamq; recondebant:id obseruantes/quod enarrat Dion: in au-rea pyxide. Primus et ritus iuuenalium rettuli:et nois significatum expli caui: cū hanc dictionem oēs legerēt:nullus intelligeret.

Explicata sententia Liuiana:indicatūq; ex hesiodico præcepto de-tortam. Cap.xxii.

Liuiana maiestas quanta cum ueneratione doctrina polle-at nouerunt hi:qui recte de lingua romana sentiūt. illud in primis et grauitate redundat et eruditione:quod legit libro secūdo belli punici secundi. Sic.n. Minutium affert loquētem didascalice ad milites suos. sæpe ego inquit au-diui milites eum primum eē uirum/qui ipsi consulat quid in re sit. Secun dum eum:qui bene monenti obediat. Qui nec ipse consulere:nec alteri parere scit eum extremi ingenii esse. Nobis quoniam prima animi/inge-niiq; negata sors est:secūdam ac mediam teneamus:et dum impare disci mus: parere prudēti in animum inducamus. Castra cum Fabio iunga-mus. Hāc sniam sæpe se audiuisse refert Minutius quoniā tradit ab He-siodo poeta græco:uenitq; i frequēs apud romanos: et uulgatū puerbiū. Hāc hesiodicā sniam magnus ille Basileus mutuatus ē ita loquēs. εἰμὶ οὖν πεισθώμεθα λέγοντι τὰ λεγόμενα τῆς ἀληθείας τῶν ἐπαινουμένων ἢ ... παρ' ἑτέρου τάξεως· εἰ δὲ μὴ ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν εἴποιμι δυσχερές.

αὐτοὶ δὲ μέμνησθαι τῶν ἐπῶν. δηλονότι ἐν οἷς ἐκεῖνός φησιν, ἄριστον μὲν εἶναι, τὸν παρ᾽ ἑαυτοῦ τὰ δέοντα ξυνορῶντα. ἐσθλὸν δὲ κἀκεῖνον, τοῖς τῶν παρ᾽ ἑτέρων ὑποδειχθεῖσιν ἑπόμενον. τὸν δὲ πρὸς οὐδέτερον ἐπιτήδειον, ἀχρεῖον εἶναι πρὸς ἅπαντα. hoc est. Si igi͂t: quæ a me dicentur ea uos susci pere: ac sequi parati estis: in secundo eritis ordine laudatorũ apud Hesio dum. Si minus. Ego sane nihil molestum dicam. Vos autem meministis carminum illorum: in quibus ille poeta inquit. Optimum illum esse: qui per se ipsum: quæ agenda sunt conspicaretur. Sequenti autem gradu: q aliorum consilia sequeretur. Qui uero ad neutrum horum aptus esset: eũ penitus esse inutilem. Hesiodi uersus pareneticos hoc est honestã utiliaq; ꝑcipientes si legere quis subito uellet adtexui:

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει
φρασσάμενος τά κ᾽ ἔπειτα. καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω,
ἐσθλὸς δ᾽ αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ᾽ αὐτῷ νοέῃ μήτ᾽ ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ᾽ αὖτ᾽ ἀχρήιος ἀνήρ.

Morem celtarum filios in rheno explorare cum hoc enarrati uersus ex Claudiano. Cap.xxii.

c Laudianus poeta niliacus multa eget inquisitione doctaq; pensitatione cum alibi tum in hoc carmine: quod i libro contra Ruffinum positum inuenies.

Et quos nascentes explorat gurgite rhenus. Describit enim Claudianus copias: quas parauerat Stilico moturus contra Ruffinum. Inter cæteros populos fuisse celtas autumat: quorum talis refertur historia. Celtæ populi sunt accolæ rheni: quorum soboles cum exit in lucẽ imposita clypeo collocatur in gurgite rheni. Quod si scutum cum infantulo fluitat neq; mergitur: illam tanquam ueram et genuinam sobolẽ educant. At si forte mergitur putant adulterinam et spuriam: nec ullis dignantur alimoniis: cuius historiæ scius poeta doctissimus celtas in copiis stiliconis ꝑsto fuisse refert ueros illos nec adulterinos ut pote quos nascẽtes rhenus exploret hoc ẽ genus libret et perpẽdat sitq; iudex et arbiter pinde ueræ et pfectæ sobolis ac pollutæ adulterinæq;. Historiam detortam contẽderim ab utriusq; linguæ consultissimo Claudiano ex hoc græco epigrammate: quod in iudices cõ positum sic est.

θαρσαλέοι κελτοὶ ποταμῷ ζηλήμονι ῥήνῳ,

τέκνα ταλαντεύουσι. καὶ οὐ πάρος εἰσὶ τοκῆες,
πρὶν παῖδ' ἀθρήσωσι λελουμένον ὕδατι σεμνῷ.
αἶψα γὰρ ἠρίνα μητρὸς ὀλισθήσας διὰ κόλπων
Νηπίαχος πρῶτον προχέει δάχρυ· τὸν μὲν ἀείρας
αὐτὸς ὑπ' ἀσπίδι θῆκεν ἑόν, πρὶν γ' εἰσαθρέισι
ὕπω σάρ γενέταο φέρει ῥόον, πρὶν γ' εἰσαθρέσαι
κεκριμένον λουτροῖσιν ἐλεγξιγάμου ποταμοῖο.
ἡ δὲ μετ' εἰλείθυιαν ἐπ' ἄλγεσιν ἄλγος ἔχουσα
μήτηρ, εἰ καὶ παιδὸς ἀληθέα οἶδε τοκῆα,
ἐκδέχεται τρομέουσα, τί μέσσεται ἄστατον ὕδωρ.

Quod hic græcus autor ταλαντεύουσι dixit: noster exacte latine pronunciauit. sed exornans: explorat. Sed et illud annotandum quod pφfestiui tet et cōcine fluuiū dicit ἐλεγξίγαμον: quod significat redarguentē nuptias. scimus. n. argumentationis modum refutantis atq; redarguentis elēchum esse: quo titulo circumfert uolumen Aristotelicum ut palam est. Sed cum hæc scriberem Diomedes Guidalottus iuuenis Bononiensis harum elegantiarum sedulus affectator: et mei studiosissimus aurem mihi uellit et admonuit sensum græcorum carminū latinis uersibus exprimerem: ut pluribus facerem satis. Placuit consilium. Versum uersu latinitati consecraui præpropero stulo/ et ista tanquam subcisiua curante. Sed iā uersus nostros audi.

Audaces rapido celtæ noua pignora rheno
Explorant: non hos genetrix prius ubere largo
Alma fouet/ uitreas fluuii q̄ uenit ad undas.
Lympha nouum capit alta genus: quod remigis instar
Vmbo regit: fluidiq; effulcit corpus alumni:
Et fœtum sic unda probat: lectumq; iugalem
Damnat/ adulterii fœdo si decolor igne.
Post dubios genetrix casus memor ilithyæ
Ancipitis: fulcit gelidis in fluctibus ortum
Anxia dispiciens cui mobilis annuat unda.

Quis ante hāc nostram editionem reconditam claudiani percepit historiam? nemo ut reor nisi me usus doctore fuerit. Antonius Calcaterra patritius mediolanensis iuuēis aureus nouit/ cum cæteris mediolanensibus studiosis me in hoc omnibus lucem ex græcorū arce tanquam pharo speculatoriaq; turri extulisse. Sed nimis ut uideo errauit: patronūq; mutasset hic cliens nisi poena plagiarii musis et musicis testimoniis illum expectet/ qui sine pudore alienum mācipium obliquat/ et inuertit.

De incitato Cai principis equo explicatus Trãquilli codex: et apud eundem in othone uerba græca restituta. Cap. xxiiii.

Tranquillo Suetonio peculiare fuit amare breuitatẽ: quæ res multos in plerisq; suspensos reddidit et ambiguos. In othonis uita in hãc pene formã circũfertur promiscuus codex mendosus et adulterinus. Postridie: inquit Suetonius: in augurãdo tempestate orta grauiter prolapsum idẽtidem obmurmurasse. Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς ἀσύλοις. quid mihi et cũ magnis asylis? Hæc omnia græca uerba imo spuria cum interp̃tatione latina eradenda sunt tanquã aduentitia planeq; cõmentitia: scribendũq; ẽ autoritate Dionis. Τί γάρ μὲ δεῖ μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν. Significant hæc uerba. Quid enim me oportet longis fistulis incinere? Inoleuit hoc populari prouerbio de his: qui aliquid contra quod utile est operantur. Scribit Dion Othonem a cæde galbæ penitẽtem illorum: quæ egisset uisis sinistris omnibus proclamasse id græcum prouerbium: quo significauit trucidasse galbam p̃ter utilitatem: suamq; cõmoditatem: tanq̃ dicere uellet cædem hanc recasuram in incõmodum suum. Cum me Domitius Falco grammaticus mediolanensis perincertum doctior an curiosior: qui me literarum gratia affectabatur: mecũ hæc ut omnia exploranter indagaret: composui inuicem Suetonium Dionẽq;: unde uerum sensum elicui. In eodem Tranquillo in uita Caligulæ non omittenda sine enarratione hæc sententia. Incitato equo: cuius causa pridie circenses ne inquietaretur: uiciniæ silentium per milites indicere solebat p̃ter equum marmoreum et præsepe eburneum: præterq; purpurea tegumẽta ac monile e gemmis: domũ etiã et familiam et supellectilem dedit: quo lautius nomine eius inuitati acciperentur: consulatum quoq; traditur destinasse. Quidam moti Martialis autoritate nomen aurigæ putant incitatum non uidentes posse minus incitatum esse nomen aurigæ: qui auriga incitatus floruit tempore Martialis sub domitiano. Hic uero incitatus equus ætate Caligulæ. Non sane tempora conueniunt: nec aliquid cõmercii habet incitatus auriga Domitiani cum equo Caiano nomine incitato. Nã re uera Tranquillus intelligit de equo nomine incitato. hoc uerius uero approbat quod Suetonius agitatorem Citicum nomĩat: equum uero incitatum: quæ omnia ab errore consultum lectorem retrahere possunt: Erroris causa fuit hæc quod delirans imperator honores pollicebatur huic equo: qui summi gradus fastigio maiores equino esse uidẽtur. Qui sentiunt aliter nec nostris rationibus applaudunt cædant seuerissimo scrip

tori Dioni: cuius interpte Georgio Merula uerba sunt hæc in Caligula. Vehementer addictus erat Caligula uatricidia induenti: atq; ex hac co/lons gratia prasinus uocabatur: ut et tunc locus: in quo quadrigæ cer/tabant usq; nunc Caianum uocari: ex equis autem unum: quem incita/tũ nomiauit ad cœnã uocabat apponens ei annonam ordeum: propina/uit et uinũ in aureis poculis: atq; per illius fortunam et saluté deierabat. Destinauerat item illum consulem designare: atq; id fecisset si Diutius uixisset.

Multa in Propertio enucleata. Cap. xxv.

P Lurima in Propertianis elegiis molliter et amœne scripta dephendes si mõ codicem fidelis scripturæ reperias: illum enim qui circũfertur non penitus absolutum esse digno/scere quis uel mediocriter literis imbutus posset: quod ut oculata fide perspicias ecce tibi mendosum carmen libro quarto. Te patiente meæ conflauit imaginis aurum Ardente ex nostro dotem habitura rogo. Mendum est i secundo carmine manifestariũ: nõ enim ardente scribere debemus serie absona et absurda: uerũ parthenie: quod nomen est unius ex ancillis cynthiæ proptianæ ueneris. Sensus ẽ co hærens inferioribus. Taxat. n. Propertium tanq̃ segnem/non uiuidum: nec bene memorem amantem cynthia: qui supina incuria prætereiens res eius passus sit iniq̃ssime imaginem suam ex auro conflari a parthenie: ex qua illa sibi dotem parauit: nec imerito accusatur Propertius a cynthia: ut pote: qui memoriam eius susq; deq; fecerit præ una parthenie: quæ il lum facilitate demeruit: Quare paulopost cum familiares suos/et dome/sticas pedisequas Proptio cõmendet usa est in parthenie facili commen datione: quippe quæ nouerit parthenien illum officio: facilitate: sedulitateq; intime demeruisse. Sic enim subdit cynthia.

Sed tibi nunc mandata damus si forte moueris/
Si te non totum chloridos herba tenet
Nutrix in tremulis ne quid desideret annis.
Parthenie patuit: nec tibi amara fuit.

Illud quoq; paululũ supra positum in elegia tarpeiæ.

Dixit et incerto permisit brachia somno.
Nescia nefariis accubuisse nouis.

Nullo non modo mẽdosus est co/dex inuulgatus in secundo carmine: quod nefarium prima correpta p nunciamus: quod patet in simili deflexione nefas: aut si quo modo te in prima syllaba fulcire possis: quod oratianũ id carmen eludit ex arte poe/

tica. Aut scelerata palam coquat exta nefarius atreus: secūda producitur quod patet consonantis duplicis positu nisi te iuuet eclypsis. Quambrē omissis his friuolis sequamur codices antiquos: in quibus sic iuenio scriptum. Nescia se flāmis accubuisse nouis. Mens autoris hæc est tarpeiā puellam uestali igni custodiendo præpositam: nunc flāmis nouis hoc ē cupidineis agitari: nesciā se accubare duabus flāmis uestalibus scilicet et amatoriis: quæ feruentissimo igne feruentiores esse solent: proin nō mirādū est si ardeat: si cupiat per somnum amantis umbram contueri. Accubat enim et adsistit flāmæ uestali: simulq; amoris incēdio. Sed miserabilis tarpeia nescit se custodire duplex incendiū: ob hoc nescia nouæ: ut pote cupidinis expers et tyruncula: miratur quid tam impense flagret: et exardeat. Hunc esse uerum et genuinum sensum poetæ demōstrant proculdubio carmina: quæ sequntur.

Nam uesta iliacæ felix tutella fauilæ

Culpam alit/ et plures condit in ossa faces. In hoc inquit Propertius culpabilis est ipsa uesta: quæ cupidinis icēdio puellā obrutā nouis isuper flammis accumulatq;.

Quid? et nodosus ubiq; propertius est quando planus et stratus maxime uidet: quis non tanq̄ sint oium facillimi ꝑterit istos uersus ex libro secundo?

Tu quoties aliquid conabere uita memento
Venturum paucis me tibi luciferis.
Sic me nec solæ poterunt auertere siluæ:
Nec uaga muscosis flumina fusa iugis/
Quin ego in assidua mutem tua nomina lingua:
Absenti nemo non nocuisse uelit.

Ego in hoc sirpo nodum delitescere contenderim: Propertiūq; ueneficorū: exorcistarū/ et incātatorū ritū timuisse: qui possunt gaudia: amores et oscula i mœrorē: odiū et cōtētiones uertere si mō nomen amātū tenēt: et osculorū numerū. Nōne hoc Catullus poeta doctissimus indicat sic scribens? Tam te basia multa basiare Vesano satis et super catullo: Quæ nec pernumerare curiosi possint nec mala fascinare lingua. Idem supra paulo. Dein cum milia multa fecerimus Cōturbabimus illa ne sciamur Aut ne qs malus iuidere possit cū tātū sciet eē basiorū. lego. n. apud Catullū sciamur hoc ē deprehēdamur ab aliquo fascinatore numerū tenēte: et ꝑ eū fascināte. Hoc ueritus Propertius cynthiā admonet ut illū faciat ꝓserpētē bestiā duplicē ut habeat linguā. quoniā ita fascinū arcebit: et fascinator cōfusi osculi in ore numerū nō tenebit: nec audiet cynthiæ nomē cōpressum mutuis luctis collisarū li

guarum ex impatientissimo ueneris affectu. Nomen enim dominæ inter amplexus blanditiæ: dulcitas: illecebræ exculpunt et eliciunt. de ueneno linguarum lepide Plinius libro decimo octauo: quare tradit ĩ sacris tibicinẽ adhibitum. Prima galeritus: idẽ dixit: posuit prætoria lygmon: magnaqꝫ pars tatio retũ erat inter oues. Cur ligmon iste uocaretur galeritus dubitatur. Ego illius cognomen fuisse reor simpliciter. Erat enim gẽtilitium nomen: a qua uero id causa nihil momẽti est quærere. An uero lygmon ac lucmon per eclypsim cõueniat dicere nõ sum certus: quippe cum dictiones grecæ per. y. elemẽtum græcum prolatæ a latinis in. u. uertantur ut patet de sulla: amphitruone: et huiusmodi. ſ. uero litera græca in. C. transit: ut iis: qui modo primoribus labiis rudimẽta et τὰ προγυμνάσματα græcorum hauserunt innotescit. Galeritum lucumonis pro cognomine fuisse docet Fabius pictor uetustissimus historicus sic fere prodens. Subinde sabini bellum ingens orsi coegerunt romulum denuo a lucumonibus socios milites expetere. Galerito lucumoni Ardeæ negocium datũ est: magna etruscorum exqꝫ urbe salpinatum manu uenit: qui cũ offendisset capitolium captũ a sabinis: ipse proximum capitolio quirinalem ꝓ romulo muniuit. Posuisse prima prætoria lucumonem expono illũ imperatorium constituisse augustale cum electus fuerit dux et princeps ab sabinis et cæteris hisce: qui sabinos cõtra Romanos mouentes sequebãtur. Ante hunc lucumonem in castris prætoria hoc est tabernacula alicui utpote duci et principi non erigebantur. sed sub tentoriis sine hoc regio fastu indiscriminatim sedebãt. primus hic lucumo prætoriũ tanquam manus sabinæ imperatoriã dignitatem indicans erexit. adiuuant superiores uersus sine ambitione militiam describẽtes. Nec rudis infestis miles radiabat in armis: Miscebant usta prælia nuda sude. Fuit sed alter ab isto Lucius Lucumo rex ethruscorum a quo Luca urbs illustris italiæ nomen est adepta. autor Cato in originibus.

Quid per banausum intelligendum apud Plutarchũ in apophthegmatis. Cap. xxvi.

P Lutarchus in libro: cui apophthegmaton hoc ẽ dicteriorum titulus est græce ita loqui cæsarem dictatorem facit. αὐτοὺς βαναύσους οὐ δεδιέναι καὶ λίπωντας. ἀλλὰ τοὺς ἰσχνοὺς καὶ ὠχροὺς ἐκείνους δείξας βροῦτον καὶ κάσσιον. quæ ita latĩe uertit Frãciscus Philelphus uir doctissimus. Dicebat Cæsar se non timere rubicundos et pingues. Sed macilentos et pallentes illos demonstrans Brutum scilicet et Cassium. Hæc interpretatio diligenter considerãda est. Ego potius βαναύσους uiles: abiectos: me

chanicos iterpretor. Quid ſit Banauſus ſi ſcire deſideras ſudæ uerba ſub
iecimus. βάναυσος πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος. βαῦνος γὰρ ἡ
κάμινος. καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἀγορᾶς βαναύσοις, φέρειν προσέταξε ξύλα καὶ
παραβάλλειν ἔξω παρὰ τὸν θεμέλιον τοῦ τείχους. Banauſum ait ſudas
eſſe omnem artificem apud ignem operantem. quoniam baunos cami/
nus dicitur: et qui ex hac artis uenditione parat ſibi uictum Banauſus
eſt. Viles homines atq̃ degeneres græci βαναύσους: noſtri mechani/
cos: ex græcia tamen detorta dictione: uocant: et opifices omnes: qui i po
litica ſunt contemptibiles. Verba Ariſtotelis ex tertio politicorum ſunt
hæc. Optima ciuitas non fert Banauſum idest uilem artificem ciuem.
ſubdit poſtremo. Quicũq̃ ſunt uni neceſſitati miniſtrantes dicuntur ſer
ui: qui autem pluribus communiter dicuntur mercenarii et Banauſi.
Quod homines abiectos et contemptibiles Banauſos dixerit docet lin/
gua uernacula deſpicatum hominem mechanicum: quod non diſſimile
banauſo: uocans. Forte philelphus. ut pote magnus latinitatis græciæq̃
penſitator cenſuit Banauſum rubicundum dici poſſe quoniam Banau/
ſus artifex apud ignem ſedens ex officinæ afflatu ardentis coloratus eſt:
quod commentum nec probo: nec nunc improbo. ad eruditos prouoco.
Idem Plutarchus in Bruto refert Cæſarem dixiſſe ſe nihil ueteri illos pin
gues et comantes hoc eſt Antonium et Dolabellam. Hic enim coman/
tes tranſtulit Guarinus Verronenſis opido q̃ literatus homo / non autẽ
coloratos. Quod ſi a me uerborum græcorum: quæ habentur in plutar
chi codice: latina paria petis ſic in latium tranſportem. Dicebat Cæſar ſe
non timere contemptibiles illos et bene curatos. ſed attenuatos et pallẽ/
tes illos demonſtrans Brutum et Caſſium. Banauſus enim uilis et con/
temptibilis appellabitur a uilitate artificis. Ariſtoteles libro primo poli/
ticorum hanc differentiam facit inter ſeruum et Banauſum: quod ſer/
uus eſt / qui natura ſeruit: Banauſus uero qui mercede. eiuſdem uerba
poſui. ὁ μὲν γὰρ δοῦλος κοινωνὸς ζωῆς. ὁ δὲ, πορρώτερον καὶ τοσοῦτον ἐ/
πιβάλλει ἀρετῆς, ὅσον περ καὶ δουλείας. ὁ γὰρ βάναυσος τεχνίτης, ἀφω
ρισμένην τινὰ ἔχει δουλείαν. Sed quoniam de ſeruis mentio incidit
hoc addamus ſeruos magiſtratuum Romanorum dici brutianos: cau/
ſam Gellius et Pompeius enarrabunt. ſerui theſſalorum peneſtæ dice/
bantur: ſicuti laconum ilotæ. Scribit Ariſtoteles in politicis libro ſecun
do theſſalorum peneſtæas multoties in ipſos theſſalos inſurrexiſſe: et ilo/
tas lacedæmoniorum in caſibus eorum aduerſis nunquam inſidiari deſti/
tiſſe / uerum apud cretenſes nihil adhuc tale accidit inquit philoſophus.
Nec mirum igitur ſi apud latinos prouerbium eſt: quãuis alio labeo deri/

uer tot hostes quot serui. Et illud. plures heros serui comedere q̃ canes. sed ad rem nostram. Cum subinde in monumentis aristotelicis hanc dictionem Banausum deprehendes pro uili artifice accipe. coloratos intelligere banausos propter caminum cui assident non placet : quando tales ut plurimum palleant.

Origo Bononiæ. Cap. xxvii.

Vnc tandem animum patriæ tangat pietatis imago. Illa enim nos aluit/illa genus/illa sedes in florentissimo italiæ cardine benigno sinu facilis indulsit: Bentiuolos Principes aureos et saturnios educauit: quorum felici faustissimoq; tempore me nasci contigisse ioui optimo maximoq; gratas gratias memini. Fuit temporibus nostris contentio prope irrequieta: imo et superioribus seclis: a quo nomen hoc tam aptum/tam bonitati soli/aeris clementiæ/incolarum bonorum liberalitati/facilitati et hospitalitati/bononia sortita sit. Omnes hoc quærunt/nullus adhuc inuenit. Ego me diu anxie et sedulo torsi/ et uix compotem uoti fecit Cato in libro de originibus: cuius hæc uerba sunt. Felsina dicta usq; Rauennam: nunc Gallia aurelia et æmylia a Romanis ducibus nomen habet. Princeps metropolis felsina primum a rege thusco conditore : inde a successore Bono thuscaniensi bononia dicta. Applaudite mihi imo Catoni bononienses ornatissimi populares mei: qui uos pricipes æmyliæ et aureliæ galliæ prædicat: imo patriam nostram tanquam dominam: primariã et matrem : florentiã ausa sibi ethruriæ deposcere primas : colat et adoret. Quod si Catoni puicaces fesulæ non credunt : Plinianæ maiestati credant; apud quem legimus bononiam felsinam dictam cum caput esset ethruriæ. Quin et. C. Sempronius flamminiam uiam dictam refert felsinam a felsina principe ethruriæ. Sed quoniam uideo esse promiscuum uitæ errorem/et inextricabilem ambagem literatorum dubitantium: quæ fuerit æmylia et flamminia uia : ipsius Cai Sẽpronii uerba subtexam. Cispadanam omnem Italiam missis coloniis tenuere prisci. Doria thuscorum prima Familia incoluit principio ab asca colonia usq; parmam: a quo et fluuius Doria : et regis prius doria nunc æmylia. A parma item ad bononiam Bianoria a duce: nunc aurelia. Flaminia item a bononia ad rubiconem amnem antea felsina a principe etruriæ/missis coloniis lamonibus a rubicone ad Anconam. Nec ista repugnant illi epigrãmatistæ uersiculo si quis recte considerat. Aemyliæ dices de regione uiæ: in uia enim potuit

illa componere : non in urbe Corneli. Spectat enim non locum ubi mo retur : sed unde icepta miserit. Plinius libro decimo septimo. æmyliæ uiæ in ridicas atiniatum ambitu frondem earum fugiens. Ego hoc i uia qua patmam itur uidi: quod nunc recenset Plinius. Videtur tamen in epigrã matico nihil subintelligendum ita libro secundo Plinio scribente. In æ/mylia uia fauentina lina palmam candore capessunt. Audiui tamen qui crederent a placẽtia ad usq; Ariminum æmyliam uocatam. Ab Arimino usq; Romam flaminiam id quod non doctis displicet. et mihi perplacet. Sed hoc agamus. Nitidissimam semper fuisse et doctissimis alumnis abũ dasse bononiam docet sic canẽs epigrammatista.

Funde tuo lachrumas orbata Bononia rufo /

Et resonet tota planctus in æmylia: Quid ? non ne illa absolutis/simum atelanarũ scriptorem Põponium genuit ? autor chronographus Eusebius. Loqui pro dignitate non ualeo et tacere non possum dotes omnes pacis: ingeniorum: quibus bononia floret: et fœcunditatem pro/pe siculam adscribi Principi Bentiuolo debere : de quo alibi sic carmine lusimus.

At cum nulla queat uirtutum dulcior esse /
Aptior atq; homini summo. largitur. amicos:
Augustamq; fidem : et numen pretiosius auro
Censet amicitiæ. Tali cãn ensibus acer
Obstitit exilium patiens Antonius auro:
Annibal hoc populi meruit pater ære fauorem.

Sententia græca euripidis latinis et rectis uerbis expli/cata. Cap. xxviii.

N tragœdia Euripidis: quæ phœnissæ inscribitur hæc car/mina leguntur loquente Etheocle tyranno thœbano ge/nus e phœnicia per cadmum ducente agenoris phœniciæ regis filio.

εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος περὶ
κάλλιστον ἀδικεῖν· τἆλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Hi sunt uersus qui compositi metro tragico erant frequentes in ore cæ/saris: quos Tranquillus ab ipso Cicerone non autem a Cæsare refert in hunc ferme modum latinitate donatos. Nam si uiolandum est ius imperii gratia uiolandum : aliis rebus pietatem colas. Qui/dam ad uerbum exprimere cupientes sic interpretantur. Si enim in/

iuriari oportet super tyrannide pulcherrimum est iniuriari. In aliis pieta/
tem colere est opportunum. Nemo non uel mediocriter in græcis rudi/
mentis exercitatus absonam et insulsam animaduertet hanc interpreta/
tionem: in primis ἀδικεῖν pro iniuriari non recte ponitur: cum id qui/
dem significatum habeat apud Achillem philosophorum Platonem cū
facit Socratem didascalice proferre se malle iniuriam pati q̃ inferre. infer
re iniuriam dixit ille ἀδικεῖν. Sed et ἀδικεῖν quādoq; significat aliquid
iustitiæ contrarium perpetrare: quo uerbo in hoc significatu crebriter
et decenter usurpant eruditi. propterea quod δίκη a græcis iustitia uocatᷓ
α. particula priuatiua: ut ἀδικεῖν aliquid remotum a præscripto iustitiæ
patrare significet: et consequenter ius ipsum uiolare: a iurisq; præscrip
to recedere. Similiter Lucianus ἄδικον diem uocat in alexiphane: quo
ius non redditur. Reperitur et ἀδικία pro iniustitia apud apostolum:
et Platonem: quam ait esse malitiam et morbum animæ. Platonis uer/
ba sunt hæc. μιαν μία δ᾽ νόσος ψυχῆς ἡ φιλιμος ἐστὶ. καὶ οὕτως πᾶσα
κακία βλαβερά ἐστι τῷ ἔχοντι αὐτήν. καὶ ἀδικία κακία. Pulcherrimæ
iniuriari cum exponunt Seruium non legerunt: quo autore καλος dic/
tio græca duo significat: et bonum et pulchrum: qua ratiōe ductus Ma/
ro bonum pro pulchro decenter usurpauit: quod cum sit κάλλιστον sup/
latiuum huius dictionis καλός et pulcherrimum significat et optimum.
hic pro optimo ponitur. χρεὼν cum participium sit apud græcos expedi/
ens hoc est utile interpretari maluerim: præsertim cum sit sensui cohæren
tius. Adde et hoc non incuriose prætereūdum euripidem istum mulie/
res omnes mirum ī modum exosum fuisse: siue quod natura abhorruit a
mulierum cœtu. seu quod simul duas uxores habuerat: cum id decreto ab
atheniēsibus facto ius esset. Is cum in macedonia apud Archelaum regē
esset: uteretq; eo rex familiariter rediēs nocte ab eius cœna canibꝰ a quo/
dam æmulo immissis dilaceratus est: et ex his uulneribus mors sequu/
ta. Sepulchrum autē eius et memoriam macedones eo dignati sunt ho/
nore: ut in gloriæ quoq; loco prædicarent οὔ ποτε σὸν μνῆμα ευριπίδ
λειτ ὄλοιτο που. Tertia producta euripidem dicere posse: si modo sido/
nio credis: eius hic phalecius uersus docet. Orchestram quatit alter euri/
pidis. apud Ionem tamē poetam græcum prima producta scribitur cum
cæteris quæ sequuntur. eius uersus hic. χαῖρε μελαμπέταλοιο ευριπίδη
ἐν γυάλοισιν. Lucianus sophista: qui autore Lactantio nec dis nec homi/
nibus pepercit in librili suspendit carmina tragicorum poetarum sopho/
clis scilicet et euripidis: comminisciturq; sophoclæos uersus tāquam plus
grauitatis habentes terram petere: euripidis uero ueluti leuiores ad

cælum tendere : tāquam in genere scribendi tragico sit sophocles euripi di præponendus: nec mirum igitur si Vergilius ait. Sola sophoclæo tua carmina digna cothurno hoc est graui et excocto : plus habente medullæ q̄ corticis: grauitatis q̄ leuitatis.

De ictero aue et regaliolo Plinius explicatus et Tranquillus perpensus . Caput.xxix.

P

Linius libro trigesimo sic scriptum reliquit . Auis icterus uocatur a colore: quæ si spectetur sanari id malum tradūt et auem mori. Hanc puto latine uocari galgulum : legendum in Plinio galbulum siue galbulam · Galgulus enim differt ab ictero: quod utriusq̧ linguæ peritissimus Aristotelis interpres Theodorus ostendit: qui coleon auem interpretat̄ galgulum: qui cum aue : cui nomen est Crex gerit inimicitias. Galbula uero icteros a græcis appellatur quoniam colorem icterici repræsentat. Qui autem sit morbus ictericus disces ex celso : cæterisq̧ medicinæ peritis. Nunc non suppetit ad hæc explicāda tempus. Color icterici est lutheus idest a luthæ pelli similis. Galbulam non multum dissentientes a latinitate mediolanenses galberium uocitant: bononiēses regalbulam . De galbula Martialis libro.xiii.

Galbula decipitur calamis et retibus ales
Turget adhuc uiridi cūm rudis uua mero.

Adde qūod galgulus maior est turture: quod non conuenit ictero. Quicunq̧ autem illi fuerint: qui putauerunt galgulum esse regaliolum lapsi sunt manifesto lapsu. Docet nomen a rege deductum regaliolum eundem esse cum regulo auicula : quam passim reatinum dictitant a regiio perinde uoce deflexa . Hic ab Aristotele libro animalium septimo uocatur βασιλεὺς: qui cognomēto σπερμολόγος ab eodem dicitur: regulum frugilegā latinissime Theodorus interpretatus est. Idem Aristoteles hunc uocat πρέσβυν tāquam legatum dicas: et inter aues uenerabilem: seu potius senatorem . Eundem trochilum et regulum esse docet Plinius libro octauo naturalis historiæ sic loquens. Crocodilum saturum cibo piscium / et semper esculento ore in litore somno datum parua auis : quæ trochilos ibi uocatur rex auium in italia inuitat ad hiandum pabuli sui gratia: os primum eius assultim repurgans: mox dentes : et intus fauces quoq̧ ad hanc scabendi dulcedinem q̄maxime hiantes : in qua uoluptate somno pressum conspicatus ichneumon per easdē fauces ut telum aliquod immissum erodit aluum.

Hoc idem sic describit Aristoteles . Τῶν δὲ κροκοδείλων χασκόν-

τῶν, οἱ τροχίλοι καθαίρουσιν εἰς πετόμενοι τοὺς ὀδόντας. καὶ αὐτοὶ μὲν τροφὴν λαμβάνουσιν. eundem trochilum esse et regulum docet idem Aristoteles libro animalium nono sic scribens. ὁ δὲ τροχίλος καὶ λόχμας καὶ τρώγλας οἰκεῖ. δυσαλωτος δὲ καὶ δραπέτης. καὶ τὸ ἦθος αἰσθενής, εὐβίοτος δὲ καὶ τεχνικός. καλεῖται δὲ πρέσβυς καὶ βασιλεύς. διὸ καὶ τὸν ἀετὸν αὐτῷ φασι πολεμεῖν. Idem trochus appellatur: quē putat Herodorus duo habere genitalia maris scilicet et fœminæ: seq; ipsum inire: et ex ipso cōcipere ut hyena. Aristotelis in hanc sentētiā uerba subieci ex tertio libro de generatione animalium. τὸν δὲ τρόχον ἐρόδωρος ὁ ἡρακλεώτης δύο αἰδοῖα ἔχειν ἄρρενος καὶ θήλεος. καὶ τὸν μὲν τρόχον, αὐτὸν αὐτὸν ὀχεύειν. Hæc sunt quæ de regulo siue regaliolo legimus. Amplius Sudas grauis autor in primis diuersa tradit a Plinio. Scribit enim ictericos liberari aspiciētes charadrium auē: et ictericorū morbū hanc auem contrahere. Charadrius porro auis maritima magna: igluuiosa: de qua Plato: de qua in lege ueteri legitur: et apud Aristotelē: et nos huius in plautinis cōmētariis meminimus: Cogita nunqd memoria relinquerit Sudam: an potius quam auem græci charadrium dicunt: latini dictitent galgulum.

Patefactum id Catonis Adagiū. Frons occipitio prior ē. Cap. xxx.

c

Ato priscus ille: qui cēsorius dictus ē multa cōposuit docte et seuere. quorum bona pars īcuria temporis desideratur: e tam pernicioso latinæ linguæ naufragio libellus enatauit rei rusticæ sentētias et præcepta continēs: aureus certe totus: non liber sed thesaurus: assiduis manibus uersandus. Plenus est antiquitate: plenus doctrina: plenus elegantia. Is admonens continua diligētia conuenire patrē familias interuisere sua, monet ut utiliter ædificet. Sic enim inquit. Si bene ædificaueris: beneq; posueris rus: ruri si recte habitaueris libētius et sæpius uenies: fūdus melior erit: minusq; peccabitur: fructi plus capies. Frons occipitio prior est. Vicinis bonus esto. familiam ne siueris peccare. Si te libēter uicinitas uidebit: facilius tua uēdes: opas facilius locabis: opas facilius conduces. Per id adagium. Frons uidelicet occipitio prior ē: significare uult Porcius Cato præsentiam eē salubriorē absentia: iuxta illam aristotelicam sentētiam: quæ sic refertur ab ipso in libris oeconomicis. Est autem persica institutio dominum omnia iubere, omniaq; inspicere: et quod de Dionysio inquit Dion. Nullus. n. parē curam habet alienorum et suorū. Itaq; quæcumq; per ipsum geri possunt circa illa cum diligentia intendat:

in quo persæ et libyci dictum recte se habet. Persa enim rogatus quid
equum maxime pinguem faceret: oculus domini respondit. Libycus
uero rogatus quod sterqllinium agro foret optimum / domini inqt ue/
stigia. Græce hoc postremũ sic. καὶ τὸ τοῦ πέρσου καὶ τὸ λίβυος ἀπόφ/
θεγμα εὖ ἂν ἔχει. ὁ μὲν γὰρ ἐρωτηθεὶς. τί μάλιστα ἵππον πιαίνει, ὁ τοῦ δεσ/
πότου ὀφθαλμὸς ἔφη. ὁ δὲ λίβυς ἐρωτηθεὶς ποία κόπρος ἀρίστη, τά τοῦ
δεσπότου ἴχνη ἔφη. Quamobrem certe pronunciatum illud a Maro/
ne de numine refert Columella ad hanc sententiã trahi posse. Et qua/
cũq; deus circum caput egit honestum. Subdit Columella. Verum quo/
cunq; domini presentis oculi frequenter accessere in ea parte maiorem in
modum fructus exuberant. Sunt qui hoc Catonianum dicterium confe
rant cum illo Varroniano. Tunica pallio propior est: perperam et ab/
surde. significat hoc rem chariorem et acceptiorem præponẽdã eẽ: post/
ponendum uero id: quod non ita nobis intimum est: atq; domesticum:
sicuti tunica: quæ carni uicinior est nobis proxima existens magis curari
debet q̃ pallium: quo spoliati detrimentum quidem patimur: uerum ma
gis est detrimentosum tunicam amittere: qua priuati nudi incederemus:
q̃ pallium: quo spoliati remanente tunica non penitus inhoneste deuesti
ti essemus. Habent græci simile prouerbium. γόνυ κνήμης ἔγγιον. hoc ẽ ge
nu crure propius. de his qui suos potius q̃ alienos seruatos cupiunt. Di/
cuntur Enoti ĩ exercitatiõe belli uidẽtes quendam nepotem: et filium la/
borantes defendisse fratrem dicentes id inuulgatum uerbum. Secundũ
præceptum Catonis ut colonus sit fauorabilis et amabilis uicinitæ: præmõ
straturem habet hesiodum poetam græcum: deligendam bonam uiciniã
qui monet ita canens. Neq; enim lamenta refundes amisisse bouem bo/
na si uicinia tota est. Cum auctioni subiecisset agrum Themistocles enu
meranti dotes illius præconi subdidit adderet bonum uicinum habere:
quod iudicauit bonam uiciniam illicium futurum emacis emptoris. In/
cõmoda ex mala uicinia quot sint docet Columella nõ sine deploratio/
ne detestationeq; iniqui uicini. Huic rei suffragatur epigrammatista.
Propter uicinum qui pretiosus erat. Marcus Tullius in epistolis ad at/
ticum. Video domum tuam pluris futuram uicino Cæsare. Laudatur
Pompeius ab Plinio libro decimo octauo: qui in tantum bonum uici/
nũ egerit ut nullum contiguum expulerit. Plautus aliquid esse mali
propter uicinum malum asseruit. De priori præcepto Catonis Plinius
sic libro decimo octauo eum tamen qui bene habitet sæpius uentitare ĩ
agrum: frontemq; domini plus prodesse q̃ occipitium non mentiuntur.
Et paulopost. maiores fertilissimum in agro oculum domini eẽ dixerũt.

Ilius Italicus duriusculus a plerisq; omnibus poeta nũcupatur: quem censet Cecilius Plinius uersus maiore cura q̃ ingenio composuisse. Ego heroicæ grauitatis cum epigrãmatico uate/nec omnino insuauem reor. At acerbam imitécq; asprediné illi afferunt frequẽtes maculæ: quibus penitus obruitur. In libro punicorum primo carmen hoc est. Vos etiam tandem siculi contra arma tyranni iuuisse egregium: uos et campana tueri mœnia depulso samnitũ robore dignum. Legatos saguntinorum inducit Silius Romanis supplicantes/ut auxilium/suppetiasq; fidissimis sociis ferrent: quod ut facilius impetrent recensent exempla multa/quibus ostẽdunt priscos Romanos multis: nec quidem fœderatis gentibus: auxilium tulisse: nec id idignum iudicauisse: in primis messanam adiuuisse copiis militaribus ad opem ferendam messeniis destinatis: qui acerrime oppugnabant ab hierone rege siracusano. Sed legendum arbitror. Vos et mamertem siculi contra arma tyrãni iuuisse egregium. Per mamertem uero intelligit mamertinos quibus a carthaginensibus/et a rege syracusanorũ obsessis auxiliũm ferendũ censuit senatus: cum de ea re inter suadentes ut id fieret/diffidentesq; contentio fuisset: transgressis tum primũ mare eq̃tibus Romanis aduersus hieronem sæpius bene pugnatum. Petenti pax data. Polybius libro primo scribit campanos mamertinos se capta messana nuncupasse. Romani cum uiderent reliquam siciliam sub carthaginẽsibus esse: seruare messanam necessarium putabãt: neq; pati ut carthaginenses quasi pontem quẽdam sibi constituerent: per quem trãsire in italiam pro libidine possent. Missus est Apius Claudius: qui copias aduersus hieronem educens diutina et acri pugna illũ profligauit: uictoria tandem penes Romanos fuit. Consuli ob defensam messanam nomen inditum messanæ: postea mutata litera messalæ. Tyrãnũ pro rege Silius usurpauit: quoniam eodem uocabulo et incubatorem impii/et regẽ: pastorẽ scilicet: ut Homerus ait populorum: græci dicunt: quos Maro sequutus id protulit. Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse tyrãni. Fuit.n. uirtutũ omnium insigni excultus Hiero: ut tyrãnus imerito dici debeat i cuius laudem polybius. Non multo ante tempore syracusanorum copiæ cum inter se atq; eos: qui reipublicæ præerant orta seditio foret duces sibi creauere artemidorum: et eum: qui postea rex fuit: hieronem admodum quidem adolescentem. sed ita uniuersis naturæ atq; ingenii dotibus ornatum/ut nihil sibi regium præter regnũ deesse uideret. De origine mamertinorũ;

quæ polybium latuisse uidetur hæc in integris Pompeii codicibus inuenio. Mamertini appellati cum in toto samnio incidisset pestilentia, Metius eius gentis p̄riceps conuocata ciuium suorum cōcione exposuit se uidisse in quiete p̄cipiētem apollinem ut si uellent eo malo liberari uersacrum uouerent. i. quæcunq; uere proximo nata essent immolaturos sibi: quo facto leuatis post annum uigesimum dira eiusdem generis icessit pestilentia. Rursus consultus apollo respondit si esset p̄solutum ab his uotum quod homines immolati nō essent: quos si expulissent certe fore ut ea clade liberarentur. Itaq; ii iussi patria decedere: cū in parte ea consedissent: quæ tauricana dicitur forte errantibus messanēsibus auxilio uenerūt ultro: eosq; ut gratiam referrent in suum corpus cōmunionēq; agrorum inuitarunt: et nomen acceperunt mamertini quod coniectis i sortē duodecim deorum nominibus mamers forte exierat: qui lingua osca mars significatur.

Medicam herbam a melica differre simulq; Varronis uerba examinata. Cap. xxxii.

Varro in primo de re rustica libro medicam describēs ita p̄cipit. In primis obserues uel in terram nimiū aridam aut uariam. Sed temperatam semen demittas. In iugerū unū si est natura temperata terra: scribūt opus esse melicæ sesq modium. Id seritur ita ut semen iactatur: queadmodum scilicet cum pabulum et frumētum seritur. Georgius Merula uir memoria nostra omnium coætaneorum suorum facile princeps melicam eandē ait eē: quæ medica sit: i quo falli maxime remur: quod ut comprobare nitamur a Plinio testimonium summendum. Medicam libro duodeuigesimo externam esse etiam græciæ et a medis aduectā p̄ bella persarum: quæ Darius intulit. Sed uel in primis dicēda tanta dos eius: ut cum uno satu amplius q̄ tricenis ānis duret. Similis est trifolio caule / foliisq; geniculata: quidquid i caule assurgit: i folia contrahitur. Ex his plinianis uerbis colligo medicam herbam esse nō legumē: tū quod illam Plinius iter fœnum: farraginem: ocymum: et cytisum cōnumerat. Et descriptio medicæ pliniana nullam cum ea: quæ melica uulgo dicitur: similitudinē habet. Appellat enim medicā trifolio similem: quod dissentit a melica: quæ hominis altitudinē supat: granaq; producit. Prætereā idē Plinius libro decimo nono inter hortensia medicam connumerat. eius uerba subscripsi. Duo genera medicæ. Masculus albis foliis: fœmina nigris: et tertium genus ē cibis gratum. Plinius mentionem facit melicæ legumen id intelligens: qd nos uulgo melicam uocamus. Seruius ut puto labitur in enarratione illius maroniani carminis ex georgicon libro primo.

Vere fabis satio. tunc te quoq medica putres
Accipiunt sulci: et milio uenit annua cura. legit. n. medicam non meli/cam in uergilio cum debuisset admoneri uel hoc ipso quod inter legumina et cum milio numerat melicam: quod non fecisset si de melica herba itelligeret. Sed cum trifolium per sementem serat: quod non est omnino dissimile melicæ herbæ posset non acriter accusari Seruius: q medicā nō melicā recognoscit i uergiliano carmine. Sed tamen cū de faba: de milio maro pcepta tradat indecens fuisset satis et leguminibus iserere pratēsia. Sed quomodocūq res cadat ex uerbis seruianis cognoscere datur medi/cam non eandem esse: quæ melica illa uulgo notissima: quæ panniculas siue lobas ad spēm milii parit colore rubido. Quin imo cum Plinio sen/tit interpres maronianus hanc herbam a medis translatam esse in græ/ciam: quo tempore eam inuaserunt. Huius plena Venetia est: et ut dicit Dionysius trium foliorum ē: sempq uirens. Quod autē ait putres sulci naturam ipsius herbæ respicit. Nam uno anno frequenter seritur: et po/stea aliquot annis sponte procreatur: quod etiam sequens idicat uersus. Nam dicendo. Et milio uenit annua cura: ostendit medicæ curam nō eē annuam. Hæc autem herba uulgo dicitur sylla. Ex iis seruii uerbis elicio medicam non eē uulgatū legumen: quod melica dicitur: quoniam herba proprie loquēdo dici non potest: et si neq frutex sit: nec arbor quidem. Quattum enim quiddam est ut uulgus putat: cui neq subscribo / nec re clamo. Præterea tria folia habet medica iuxta seruium: melicą plus denis cum minimum foliis luxuriat. Item nōn semper uiret: nec post unius an/ni sationem frequēter serit: postea aliquot annis sponte procreatur. Sed res palam est et in euidenti merulam titubasse: quod medicam Plinius cum ocymo: farragine: fœnoq græco recenset: quæ omnia uicem pabuli præstant. Proprietati melicæ dissentiunt hæc Columellæ uerba: quæ li/bro secundo leguntur. Sed ex his: quæ placent eximia est herba medica: quæ semel seritur decem annis omnibus. Deinde recte quatuor. Interdū etiam sexies demetitur: quod agrum stercorat: quod omne emaciatum armentum ex ea pinguescit: et huiusmodi reliqua quæ sequuntur. Qđ si hæc melicæ non conueniunt non uideo quomodo melica eadē sit quæ medica. Palladius de medica non tacuit. Discorides pedacius locupletissi mus testis ē medicā folia parere similią trifolio: nec ipse tradit melicā me/dicam eē præcipue cum soleat hic autor cognomina rerum semper affer/re. Eius uerba si quis legere mallet subdenda putaui. μηδική· ἔοικε μὲν ἀρτιφυομένη τριφύλλῳ τῷ ἰσχος τονοπτίοις· προϊοῦσα δὲ στενοφυλλοτέ/ρα γίνεται· καυλοὺς ἀνιεῖσα τριφύλλῳ ὁμοίους· ἐν οἷς τὸ σπέρμα· προς/πέφυκε φακοῦ τὸ μέγεθος· ἐπεστραμμένον ὡς κεράτιον· ὅπερ ξηρανθέν, μί:

γίνεται λύσματος χάριν τοῖς ἀρότροις ἄλσι· χλωρὸν δὲ καταπλασθὲν ὠφελεῖ τὰ ψύξεως δεόμενα· ὅλως δὲ τῇ πόᾳ χρεῦνται οἱ κτηνοτρόφοι ἀντὶ ἀρεύτιος· Sed cum melicam paruam uulgo habeant inter pabula iumentorum: quam melicastellum dictitent reor melicam hoc pabulum nō dici. sed mœdicam/legumen uero notissimum: congruente uerbo latino cum uernacula dictione: melicam.

Quod ad diras abigendas noctuæ suffigerentur Columella et Apuleius enarrant/ præterq; de insulsa amurca: et de sedo. De uertūno. Cap. xxxiii.

Extat Iunii Columellæ libellus uersibus scriptus lepidis et eruditis: in quo doctrina non circumforonea: nec triuialis inest. eius hi uersus recensendi: et ad nouam recognitionē conuocandi.

Hinc amythaonius: docuit quem plurima chiron
Nocturnas crucibus uolucres suspendit: et altis
Culminibus uetuit feralia crimina flere.
Sed ne dira nouas segetes animalia carpant
Profuit interdum medicantem semina pingui
Palladia sine fruge salis conspergere amurca:
Innataue æris nigra satiare fauilla.

Sensus est trium priorum carminū seiunctus a superiori sententia: melampodem amythaonis filium suffixisse cruci noctuas: et has aues nocturnas et inauspicatas: ut quæ colonis mala portenderent in se ipsas id omne recideret. Id superstitiosa uetustas putauit amulletum esse dirarum: quas hæ uolucres ominosæ portendebant. Huic sententiæ succinit Apuleius libro tertio de Asino aureo sic ferme scribens. Quid quod istas nocturnas aues cum penetrauerint larem quempiam sollicite prehensas foribus uidemus affigi: ut quod infaustis uolatibus familiæ minantur exitium: suis luant cruciatibus. Lucio Palladius suffragatur ita scribens. Contra grandinem multa dicuntur. Panno russeo mola cooperitur. Item cruentæ secures contra cælū minaciter leuantur. Tum omne horti spatium alba uite præcingitur: uel noctua pennis patentibus extensa suffigitur. Subdit Columella multos esse sedulos agricolas: qui amurca semina conspergunt. palladiam uocat a pallade olei inuentrice: ex quo fit amurca. Cæterum per amurcam sine fruge salis describit sedimentum olei: quod peculiari nomine uocatur amurca insulsa. Scimus enim idem esse amurcam sine fruge salis: et amurcam insulsam. Plinius hanc puram amurcam uocat libro duodeui

gesimo: qua dicit medicati semina conducibile existere: Sed quoniam ad insulsæ amurcæ mentionem sulum uettimus eiusdem Columellæ codicem maculosum emendare non erit inserium. libro namq; secundo sic passim legitur. Alii hac eadem aqua uel amurca infusa cum cepit infestari seges: perfundunt sulcos: et ita noxia animalia summouentur. Tu corrige amurca insulsa dispuncta priori adulterina uoce infusa. Hæc uerba subiicere libuit fulciente autoritate prisci codicis qui fuit multiscii uiri Andronici Bononiensis liberalium scientiarum professoris. Nec ab ipso Columella dissentit: qui non semel hanc dictionem usurpauit. Sed: ut quod nunc ad manum et in promptu exemplum est addam: sic scriptum reliquit libro sexto. Adiuuanda est inquit amurca insulsa cum suilla uel nostra urina uetere. De hac insulsa amurca meminit et Palladius. Per sequentem uersum Columella docet erugine siue fuligine agrum complendum: quæ animalibus nocuis obstat ut culicibus: quod et ipse in libri duodecimi calce sic monet: Qui æstate ista feret caueat ne propter siccitates culex adhuc tenera folia prorepentia. Id quoq; ut uitetur pulnis qui supra cameram inuenitur uel etiam fuligo: quæ supra focos tectis inhæret colligi debet. Palladius quoq; hoc confirmat libro primo. Quod subdit non supiniore cura prætereundum.

Profuit et plantis latices infundere amaros.

Marrubii: multoq; feri cõtingere succo. lego. multoq; sedi contingere succo. Hoc ipse Columella libro duodecimo fulcit his uerbis. Veteres quidem auctores: ut Democritus: præcipiunt semina omnia succo herbæ: quæ sedum appellatur medicare: eodemq; remedio aduersus bestiolas uti: quod uerum esse nos experientia docuit. Plinius uero decimo octauo. Democritus succo herbæ: quæ uocatur aizoon in tegulis nascẽs tabulisue: latine uero sedum aut digitellum medicata seri iubet omnia semina. Aizoon enim dicitur græce herba: tanquam semper uiuentem uiriditate perpetua dicas. Palladius latinam dictionem usurpauit sic prodens. Contra erucas semina: quæ spargenda sunt semperuiuæ succo madefiant uel erucarum sanguine. Sed et pati non possumus strumosum carmen: et unica littera imutata totum male habitum circumferri i his uersibus paulum supra positis.

Pressaq; flãmeola rumpatur fiscina calta
Mercibus ut uernis diues portũnus abundet
Et titubante gradu multo madefactus iaccho
Aere sinus gerulus plenos grauis urbe reportet.

Carmen secundum sic emenda meo quidem periculo. Mercibus ut uernis diues uertumnus abundet. Columellæ sensus est. et hortulani accingantur se ad calathos

rosis et calcis implendos: pomis onerandos: et reliquis fructibus ut his uernis mercibus uertũnus deus: fori habitator: pomonæ amator: abundet: quibus mercibus in foro apud uertũnum diuenditis grauis ære ex urbe Roma redeat manus agricolarum. Primis floribus hic uertũnus coronabatur inde nomen adeptus quod primis muneribus uertentis anni donabat: seu quod rebus uertendis hoc ẽ distrahendis præerat, seu quod uertit sedem: et relicta patria etruria Romam secessit. Seu quod in uarias similitudines sese uerteret. Propertii uersus ex libro quarto p̃senti expositioni subscribentes si quis desideraret annexui. Vertũnus loquitur.

Prima mihi uariat liuentibus uua racemis:
Et coma lactenti spicea fruge tumet.
Hic dulces cerasos: hic autũnalia pruna
Cernis, et æstiuo mora rubere die.
Insitor hic soluit pomosa uota corona
Cum pyrus inuito stipite mala tulit.

Ex his propertianis uerbis satis manifestum est cur Columella cecinerit. Mercibus ut uernis diues uortũnus abundet. Porphyrio uertũnum romæ sacellum habuisse scribit in uico thurario. Vicus enim thurarius appellabatur ubi non tantum thura, sed aromata omnia uendebãtur: quas nouo uocabulo recẽtiores scriptores spẽs appellant. Vertũnalia dies dicati uertũno. Meminit et uertũni sacelli Pedianus. Varro ferias uertũno consecratas scribit mense fer, me octobri. In codice Columellæ literis minutissimis exarato non infideli, uortũnus, animaduerti scriptum esse: quod idem est ac si diceres uertũnus. O. in quibusdam et, e, inuicem cedentibus: ut uortices aquarũ dicuntur cum tamen etymon deflexionemq; teneãt a uertendo. Vortere enim et uertere indiscriminatim dicimus. Vorti enim Lucretius ꝓ uerti dixit eo uersu. Vsq; adeo fit, uti pueris uideantur, ubi ipsi Desierunt uorti. In hominem mutabilis animi et uariarum sententiarum: multicipitem scilicet belluam: dixit Oratius. Vertũnis quot quot sunt natus iniquis.

De inuoluolo bestiola uites p̃rodente Columella rursus explicatus. Cap. xxxiiii.

Non deest suus nitor cum graui: copiosa: eruditaq; facundia in libris quos Columella prorsa oratione, pedestriq; stilo posteritati commendauit, sed non affabre læuigati: non exacte culti in lucem prodierunt: cuius rei ut indiciũ faciã nota cẽsoria hæc ĩ medium ꝓtulisse libuit. Sic enim loqt̃ Iunius Moderatus libro tertio. Genus est animalis uolucra appellatur: Id fere p̃rodit teneros adhuc pampinos: quod ne fiat, falces: q̃bus ui,

neam putaueris pacta putatione sanguine ursino linito. In codice antiq
tatis uenerādæ legi non uolucra. sed uoluola a uoluēdo scilicet: quod hic
uermis inuoluēs se frondibus illas amputat. Et is erit: quē Plautus inuol
uolum: Cato conuoluolū dictitarūt. Columella uero nunc noua uoce di/
cit uoluolam. Vulgo thaleatitium bononiēses appellant ab incidēdis pā/
pinis. Est enim priscū uerbū iterthaleare pro icidere: quo passim utimur.
Hūc uermiculum græci peculiari dictione noīant iulū. Sudas græcus iter
pres hæc sup iulo tradit. Iulus in uineis seu uitibus uermiculus. multipes
hoc aial. significat et iulus lanuginē in malis. Est et in nucibus flos iulus:
et genus cantus dianæ grati. Insup gignitur et ī quercubus hoc aial mul/
tipes et se inuoluens: quem iulum uocat: et in epigrammatis iulum pro la
nugine pomi. Sic.n. illic scriptum est. ὥριον ἀνθήσαντας ὑποκροτάφοι/
σιν ἰούλοις κειραμιὸς γενύων ἄρσενος ἀγλαΐας φόρει. ἐκ Λυκίνου προῦτον
νέρας. Iulos dicitur ἀπὸ τοῦ ὅλον εἶναι πυκνόν: quod significat ab eē to/
tum densum: et ab ἵεσθαι emitti cum summit pro prima malæ lanugine.
Plinius libro decimo sexto. Populorum folus grādissima lanugo. Euolat
candidæ ut Iuli. In alia significantia iulus piscis ē: q puus et dux itineris
est balenis: qui ab Oppiano ob id uocat hegeter. Animaduertēdū tamē
iulū capiendo pro uermiculo: non dissimilē esse: imo ut arbitror eundem
illi: qui dicitur a Plauto inuoluolus. Cato a cōuoluēdo se ī foliis et pāpi/
nis cōuoluolum dicit. Propterea crediderim qđ thaleas et pāpinos absu
mat bononiēses thaleatitiū appellare: ut iam dictū ē quod pāpinos iterta
liet hoc est absumat: siue a thaleis: quas prodit nomen inditū. De hoc nō
semel Plinius meminit præcipue libro decimo septimo. Ne fiat in uinea
conuoluolus Cato melle bitumine mixto et sulphure docet circū capita
uites ungi. Plautus hominē dolosum: lubricum: atq uersutū ait imitari
neq bestiolam īuoluolū. Est et uermiculus in frondibus habitans: quem
latini uocant scraptiā: unde meretrices deformes sortitæ sunt nomen ut
scraptiæ dicant a Plauto. Varro libro. iii. de lingua latina. Diobolares a
duobus obolis. Scenicolæ a sceno nugatio supple ungēto. Miraculæ a mi
ris. i. mōstris: a quo Actius ait psonas distortas onbus deformes mirones.
Ante nos ita pcerpta et cōuulsa circūferebantur uarroniana uerba ut ex
his nullus sensus elici posset. Scraptiæ subdit Varro a uermiculo piloso: q
solet esse in frōde cū multis pedibus. De Iulo p lanugine libro argonauti
con secūdo Apollonius. Τοῖος ἔην Διὸς υἱὸς ἐπιχνοάντας ἰούλους ἀντέλ
λων. hoc ē. Talis erat iouis filius summittēs iulos succrescētes. Iuli dicunt
lanugines genarū. Est et iulus bestiola multipes: et spēs cantus: ut scribit
Eratosthenes. In cōmētariolis in nicādrū leges hæc. Phalenæ bestiolæ ala
tæ: quæ ad lucernā uolant similis est hoctanocolaptes. Hic et cephalocru

ſtes dictus: qui in foliis perſici inuoluit. Hunc innuit ita canens diuinus poeta Nicander. τῷ ἴκελος περσῆος ὑποστρέφεται πετάλοισι. i. huic ſimilis: folio'quē īuoluit pſicus acri. Sed de Iulo uermiculo meminit utiq̧ Nicāder. οἱ δ' ἄρα μῦν καὶ ἴουλος ἀμαλδύνουσιν ἀλοιὸς σφῆξ.

Subdit iterpres. Iulus ſpēs ueſpæ uel uermiculi uocitati millepeda: quæ uerba me tenent ambiguum an iulum latine dicam iuoluolum an mille/pedam. Viderint lectores induſtrii. nihil de meo addam. inter animalia aptera: quæ uertit theodorus impennata: Ariſtoteles libro animaliū quarto numerat iulum: quam Theodorus millepedam interpretatur. Ex his uerbis Ariſtotelicis poſſemus in Columella pro uolucra legere iuolucra: ſiquidē illud apteron hoc ē inuolucre nuncupat Ariſtoteles: tamē inuoluolus pēnas habet ut oculata fide conſpeximus: niſi inuoluolus et uolu/cra ſint animalia diſtincta a Columella: tanq̄ inuoluolus ſit ille: q ſe uitiū foliis itorqueat: uolucra: qui alis ꝑditus incidit. Adiuuat q hoc putāt codex manuſcriptus: qui fuit Andronici bononiēſis: ī quo ſic legit. Genus eſt animalis iuolucre appellatur. an uolucre ī Columella legas an uolucra nihil differt. Prior tamē lectio aliq̄bus placet ut uoluolus legat. quoniā uolucre nomē ē ad aptera hoc ē ipēnata animalia generale. Ab iulo pria ſcilicet barbæ lanugine iulus aſcanius nuncupatus ē. auctor Seruius. De Iulo ī hoc ſignificatu Plinius mētionē facit. Ab hoc Iulo gēs iulia cognationē deducit ſiue a Iulio iulii aſcanii filio ut Pōpeius atteſtat. Ouidius libro quarto faſtorū ab iulo quoq̧ referre genus iulios ſentiēs ita cecinit.

Venimus ad felix aliquando nomē Iuli

Vnde uenus teucros iulia tangit auos. græci poetice tamē nō iunctim iuliū dicūt/ ūt nos ſolemus ſed iuliū uidelicet ἰουλιον prima breui noīe quadriſyllabo. Nō putaui ꝑtereūdū cū fiat de iuliis mētio elogiū chriſtodori poetæ Thoebani: quod nos latinū ſic fecimus.

Iulius inſigni radiabat imagine Cæſar:
Sæpe coronauit q Romā hoſtilibus armis.
Aegida terrificum læua ſuſtollit. at ipſa
Dextra quatit rutilum exultanti robore fulgur.

Hic nouus Auſoniis celebratur Iuppiter oris. Certe differentia eſt inter conuoluolum et uolucrā ſi Plinio credimus: qui libro decimo ſeptimo cum adhibeat medelam ad fugandū cōuoluolū: ſubdit diuerſam ad uolucrā quāuis in tritis codicibus legat uoluocē: aitq̧ hūc uītes ꝑrodere: qđ nō cōuoluolo aſcribit. hoc erit illud aīal: qđ uulgo thaleatitiū dicūt: nec īmutādus erit in inuoluolum Columellæ codex. ego colligo iuoluo/lum eē impennatum ut iulum/ Thaleatitiū eē uolucrā uel uolucre / nihil ī Columella inouādū. ī Plinio nil mutes: nā a uolādo uoluocē dicere pōt.

P Alladium multi graue et eruditum autore iudicat. sed a quo potius eruditio q̃ doctrina debeat expeti. Alienum sit in hac re iudicium: nos exemplo Cæsaris non morosio/ris stomachi homines minime offendimur si conuiuator oleum conditum pro recenti apponat. Excutimus oes sce das. Nõ malos imitatores æmulamur: quos brutum pecus uocat oratius: q solum Ciceronẽ plegunt tanq̃ selectum deũ: cæteros: ut tertulliani uer bis utar: tamq̃ bulbos reprobos abicientes. Faueo Ciceroni ut pote eru/ditorum eloquentissimo. Illius sermonis nectarei felicitatẽ admirari non desino: nõ eo tamẽ fini ut cæteros explodẽdos ducã. Sed hoc iudico cuiq; suũ dicẽdi modũ/peculiareq; stilũ a natura cõparatũ: et sicuti uiridissimũ et amœnissimum pratũ diuersicolori flore fit illustrius: ita romanũ eloq/um disparibus dicẽdi characteribus exornatius splẽdet: quippe cũ singu/lo auctori dos sua/domesticaq; facũdia natura sit inata. Sed hæc alias. In hoc ipso Palladio legunt hi uersus sciti certe et perelegãtes.

Si uelocis equæ pigro miscetur asello
Ardor: ut in sterilem res cadat acta gradum:
Facundũq; genus productus deleat hæres
Et sibi defectum copia prolis agat.
Cur non arbor inops pinguescat ab hospite gemma?
Et decus externi floris adepta micet?

Palladii sensus est uolentis as/serere isitionẽ arborũ cũ laudãdã tũ exercẽdã. quoniã illã rerũ natura do cuit eẽ utilẽ. Si.n. mortales expientia docti: et ipsa cõmoditate cõiũgũt a/sinũ equæ: ut inde pareẽ quædã tertia ples: hæc est mulla: quæ molli gra du delectat insessores: quod cũ ita sit cur nõ ex arboribus peregrinis ter tiũ quoddã genus p insitionẽ excitabimus? in quo et si parẽtis succus nõ reseruetur: habeat tamẽ quãdã tertiã naturã: proprietatẽ: et dotẽ sibi pe/culiarẽ: quæ sit usibus hõinũ partim iocunda: partim cõmoda: sicuti mu/lis deest uelocitas matris: et reseruatur tarditas patris. Sed mulas amamus quoniã mediocritatẽ quãdã retinẽt inter uelocitatẽ equæ: et parẽtis brutã et stupidã ignauiã. Ego: rẽ actã: admissurã asini ad equã interp̃tor. Quis nescit rem capi pro uenere: habere rem cum aliqua) uenerem patrare si/gnificat: unde illud ausonianum in monosyllabis. Imperium: litem: uene rem cur una notet res. Res acta ergo sic expone coitus admissus / transfe ratur in gradum sterilem expono non uelocem: non pinguem: non ardentem. Sed ieiunum et tenuem: degenerem a gradu generis e/quini: ex quo mula concipitur. Sed cadat in delicatum: mollem:

et eneruem: quali utuntur mulæ: quæ suauiter sedentem gestitant: infracto scilicet et retracto cum uelociori tamen pedum explicatione / glomeratione ue. Gressum talem græci uocitant ἐυλάζεμον a cursus bonitate.

Nos tollutim incedere dicimus equos aut mulas: qui quæque uolubiliter / et passibus delicatioribus incedunt. Equi utentes hoc molli gradu: quoniam ueniebant ab asturibus populis dicebantur asturcones: tollutarios equos latini dictitant a tollendis pedibus: et glomerandis. Vulgus cunneas appellat: reor quoniam ea dexteritate gestitant ut in cunnis nos moueri credamus. Sunt qui hoc nomen uernaculum tractum a gente barbara testentur. Gradum hunc equi tollutarii delicatum esse quis nescit uel eo Plautino uersu ex asinaria. Demam hercle de ordeo tollutim ni uadizas. Equum asturconem Silius ita describit.

Aut inconcusso glomerat uestigia dorso. Subdit Palladius hæredem hoc est mulam delere genus fœcundum hoc est genus equinum. quoniam mulæ non gignunt ut equæ: quæ parantur ad prolem. sed ab illis infœcundæ factæ degenerant. Productus in lucem editus. Si admouemus asellum equæ dumtaxat deliciis inseruientes: et gradu molliculo ut paremus nobis animal infœcundum: in quo est defectus prolis: cur nō insitionem amemus: ex qua tertium genus exit in dias luminis oras ut Lucretius inquit: non tamen hoc genus tertium est infœcundum sicuti de mulis habemus. esse quasdam mulas in cappadocia/ quæ pariant Aristoteles docet in libris animalium. Causa cur muli non gignant affertur hæc a Democrito. quoniam meatus mulorum corruptos in uteris dicit. quoniam non ex cognatis principium eorum consistit. Empedocles mixturā seminū causat quæ densa ex molli utraq; genitura cōsistat. Hos redarguit Aristoteles libro secundo de generatione animalium ubi menstrua mulabus deesse tradit ob hoc non gignere. Ex equo et asina quoq; Gynni proueniunt cū conceptus in utero ægrotauit. Est enim gynnus idem quod μετάχοιρον in porcis.

De mensura: quæ uocatur chœnica Palladii codex emendatus. Cap. xxxvi.

Iusdem Palladii uerba subscripsi cognitu non indigna. Tunc diligenter tunsos et cretos habebis in uasculo nouo: et cum uolueris tribus cadis unam floris mensuram: quam syri chinicam uocant adicis. Mendum est in his posterioribus uerbis. Non enim chinicam. sed chœnicam legēdum esse cōtēderim uidelicet χοινικὴν. Est enim hoc notissimum mensuræ genus: a qua tractum id uulgatissimum ex aureis Pytha

goræ dictis: qui significaturus prudentiam esse colendam dixit in choenice non esse sedendum. Choenice mensura est diurna autore Diogene. Cum inciderimus in aureas Pythagoræ sententias non erit inferium illas congestum explicare: quæ sparsim leguntur. Primum est cum ueneris in templum adora: neq; aliquid interim: quod ad uictum pertineat aut dicas aut agas. Ex itinere præter propositum non est ingrediendum in templum: neq; orandum: neq; etiam si prope uestibulum ipsum transieris. Nudis pedibus sacrifica et adora. Populares uias fuge. Per diuerticula uade: a melanuris abstine: terrestrium enim deorum sunt. Linguam in primis coherce deum imitans. Flantibus uentis echo adora. Ignem gladio ne scalpe. Omne acutum abs te dimoue. Viro: qui pondus eleuat auxiliare: non tamen cum eo deponas. De rebus diuinis absq; numine ne loquaris. In calceos dextrum præmitte pedem: in lauacrum uero sinistrum. Iugum ne transilias: cum domo decesseris ne reuertaris: furiæ enim congredientur. Ad solem uersus ne meies. Ad solem uersus ne loquaris. Oleo sedem ne abstergito. Super choenicem siue modium ne sedeas. Animalia recuruis unguibus ne nutrias. In uia ne scindas. Annulum ne feras. Dei figuram ne insculpas annulo. Ad lucernæ lumen ne te in speculo contempleris. De dis rebusq; diuinis nihil tam mirabile: quod non debeas credere. Risu effuso abstine. Iuxta sacrificium ne incidas ungues. Dextram ne ad omnia facile iniicias. Stratis surgens: collige ipsa: figuramq; confunde. Cor ne uores. Cerebrum ne edas. Capillorum et unguium superfluitates postquam abscideris pessunda. Rubrum aliquid ne suscipias. Ollæ uestigium in cinere confunde. Aurum habenti ne hæreas in filiorum generatione. Honora in primis figuram et aram. Fabis abstine: Herbam maluaceam sere: nec tamen edas. Hirundinem domi ne recipias. Ab animalibus abstine. Fugare docet omni studio: uniuersisq; machinamentis: ferroq; ac igne abscindere a corpore morbum: a uictu luxum: ab animo ignorantiam: domo discordiam: ciuitate seditionem: ab omnibus denique intemperantiam. Explicantur multa pythagorica inuolucra his uerbis Plutarchi. quæ nigrantes habent caudas gustari non oportere hoc est cum hominibus consuetudinem habendam non esse: quos morum deprauatio ipsa denigrat. Iugum stateramq; ne transcendere idest plurimi iustitiam facere oportere. Angustum non gestabis annulum. quoniam ita uitam ut eam ne uinculo distringas exercere debebis. Ignem ferro scalpi minime hoc est irritandum non esse furentem. Cor non comedes quid aliud insinuat q̃ ne animum offendas sollicitudinibus eum sua cura conficiens. Abstinendum a fabis quod in re ciuili uersari non oporteat. Fabis enim

priscorum suffragia ferebantur: quæ finem principantibus attulerunt. Cibos in scaphio non eē ponendos. Significat improbum hominem ad urbanos non admitti oportere sermões aut ulla uirtutis studia. Cogitationis namq; cibus ē et cū rōne studium et sermo frugi: quem impurum ac sordidum reddit improbitas. haud retrouerti: qui ad continētem proficiscuntur idest quibus moriendum ē cum proximum uitæ terminum intuerentur facile ferant: neq; mœrore deprimantur. Multaq; quoq; pythagoræ symbola circumferuntur. sed ego grauissimis autoribus innitor. χοῖνιξ. τειχοποιός καὶ μέλιμνος inter τῶν ἰςαλίων γεωργικῶν ὀνόματα referuntur a Iulio polluce.

Quid significet illud palladæ prouerbium crotone sanior es: et de zizyphis. Cap. xxxvii.

PAlladæ græci scriptoris cultissimum uerbis græcis epigrāma huiusmodi legitur.

Οὐκ ἀλόγως ἐν διζύφοις δύναμίν τινα θειάν,
εἶναι ἔφην. χθὲς γοῦν δίζυφον ἐν χερσὶν
ἔσπασα, κάμνοντι τεταρταίῳ περίαφα,
καὶ γέγονεν ταχέως οἷα κρότων ὑγιής.

Scribit festiuissimus poeta se manifestariam uim: et prope diuinam animaduertisse in dizyphis: cum enim laboraret febri quartana inspersisse dizypha et subito conualuisse: factumq; se esse robustū et sanum ut Croton. Quid exprimere uoluerit per crotonem dubitant uiri græcarum literarum principes. Audiui quosdam asserentes per crotonem intelligi Milonem illum crotoniatam luctatorem famigeratum: qui robore corporis et firmitudine omnes excelluit: ut poeta ex inspersione dizyphorum tantas uires sibi comparasse testetur: quantis Milo crotoniata præualuit. Cæterum subfrigida græci poetæ uideatur explicatio si per Crotonem nomen urbis hominem municipem capiat: non aliter q̄ non competeret per bononiæ nomen bononiensem quempiam indicare nomine proprio suppresso: et patriæ expresso. Ego latinus interpres pace græcorum dixerim epigrammatis huius nodum explicaui per id tempus Mediolanum incolens: Asserui pallada innuere priscum prouerbium: quod sic dicitur. Crotone salubrior. proferebant hoc de ciuitatibus siue hominibus fidelissima ualetudine fruentibus: qua maxime pollebat Croto ciuitas italica: cuius fines sunt post scylaceum. Ex hac temperie cæli: qua in primis florebat Croto uiros habuit in usu armorū p̄stātissimos. Nec p̄uā exercēdis athletis operā dedit. In unius igiť olympiadis ludis septē uiri: q

cæteros studio superarunt crotoniatæ fuere omnes. Iure itaq; dici uisum est. Qui crotoniatarum postremus est/ is reliquorum græcorum pri/mus est. Vetus hoc prouerbiũ: Crotone salubrius: ide ortum eẽ ferũt: quia locus ipse ad salubritatem: et bonas habitudines pp athletarũ mul/titudinẽ plurimũ conferat. plurimos igitur ad olympia uictores. i. olym/pionicas habuit: licet haud tẽpore multo habitata: cum tantus uirorũ nũ/merus ad sagram ad internetionem cecidenr. Ad eius gloriam accessit i/gens pythagoreorum cetus: nec non athletarũ celeberrimus Milo: et py/thagoræ discipulus: q ea i urbe multum contriuit temporis. Fama ẽ colũ/na quandoq; i philosophorum contubernio laborante: Milonẽ subeun/tem: saluos reddidisse uniuersos: deideq; se ipsum extraxisse. Quo mem/brorum robore fretũ uitæ subuersionẽ offendisse. Haud ĩcredibile duxe/rim/quod scriptores tradidere. Ferunt igitur cum profundã: densamq; p siluam iter faceret: longe a tramite deuiasse. Truncũ deĩde ĩgentẽ adac/tis cuneis ĩueniẽtem ĩsertis manibus pariter ac pedibus ĩ scissurã eius hiã/tem ut penitus disciderentur eẽ conatũ. Tantũ autẽ solũmodo ualuisse/ ut exilirent cunei. Ligni uero partibus statim ĩ se coeuntibus derelictum ĩ eius generis laqueo a feris deuoratũ fuisse. Hæc Strabo libro sexto geo/graphiæ. In secundo europæ sinu crotonem Plinius enumerat. Ouidius libro decimoqnto metamorphoseon scribit miculũ alemonis argis oriun/dum ĩ somnis ab hercule admonitũ patriam reliqueret: et æserẽ fluuium peteret: et tarentum condidisse. A crotone uero herculis hospite nomen urbs sortita est. Prouerbium græcũ hoc ẽ ὑγιέστερος κρότωνος hoc ẽ sani/or crotone. de his qui longo tempore ĩcolumes sunt. meminit huius me/nãder ĩ locris. Non exploratum habuit huius iterptamentum prouerbi/orum autor/aut codex: quod uero propius: mẽdosus ẽ. Amplius uitiosũ codicem credo palladæ: in quo λίζυφον scriptum ẽ: corrigendum arbitror ζίζυφον ut de arbore notissima ĩtelligat: quam ĩsubres ziziuerinũ: Bono niẽses uero zyzilum: cuius fructu tanq̃ emplastro usus ẽ palladas contu/sis zizyphis: siue cremore zizyphorum: et succo ad leuandam febrim: qd et hodie ĩ ptisana obseruant. De zizyphis hæc Plinius libro. xv. na. hist. Aeque peregrina sunt zizypha: quæ et ipsa non pridem uenere ĩ italiam ex syria. Sextus Papinius: quem consulem uidimus primus hæc attulit di/ui augusti nouissimis temporibus ĩ castrorum aggeribus sata: baccis simi/liora q̃ malis. Sed aggeribus præcipue decora. quoniam et ĩ tecta iam sil/uæ scandunt. Erit igitur hic poetæ sensus ĩspergine zizyphorum syriaco/rum pristinum robur: extersa febri: recepisse ut salubrior factus sit ipa cro/tone: qua: ut prisco ĩualuit adagio: nihil est salubrius: quæ ob salubritatẽ suam ingenia florentissima procreauit et corpora robustissima.

Οὐδ᾽ ἀρχὴν græcam dictionem ab Angelo Politiano non recte la/
tina interpretatione donatã. Cap.xxxviii.

a Ngelus Politianus uir memoria noſtra uirtutũ cumulo ſti
patus omni ad literas græcas tanto ſtudio:et animi ardore
ferebatur:ut hos græculos upupas potiuſq̃ alaudas:ſordi/
diſſimi enim ſunt et circumforanea medicabula: relique/
rit:deſpexerit:antecelluerit. Sed quo di boni nitore:quo
pondere:quo examine uerſus græcos ꝓnunciauerit/et ex tẽpore quan/
doq; cuderit ſupra fidei captũ erit ſi auſim ꝑdicare. Sed uir ille in litteris
græcis primi nominis non ex omni parte uenerẽ tranſmarinam deguſta/
uit. Sapit enim quandã peregrinitatem in paucis:ex quibus hoc exẽplum
poſui. Cum ferret acriter in domitium uirũ doctiſſimum perperam rhi/
nocerota apud Martialem interpretantem Pauſaniæ uerba in boeticis cũ
latina interpretatione ſubiunxit. ὅτι σφίσιν ὑπάκρα τῇ ῥινὶ ἓν ἑκάστω κέ
ρας καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς. οὐδ᾽ ἀρχὴν κέρα/
τα ἐστὶν. Quoniam inquit Angelus illis in ſumma nare ſingulis unicum
cornu. Tum aliud ſupra non magnũ. Verum in capite ne initio quidem
cornua. In his uerbis ultimo loco ſubeſt error non mediocris. hoc eſt in
his. uerum in capite ne initio quidem cornua. οὐδ᾽ ἀρχὴν ſumpſit minus
eleganter pronunciatũ eſſe a pauſania pro eo quod eſt in initio: cum ſi/
gnificet idem quod nequaquam. Eſt enim additamentum ἀρχὴν ſicuti
nos dicimus nec utiq;/neutiq;/perinde græci οὐδ᾽ ἀρχὴν dicũt pro nequa/
quã:qua figura loquendi Callimachus utitur:et ut nunc apparet Pauſa/
nias:qui excultiſſimi et perinde eruditiſſimi ſtili fuit. Græci quoq; grãma
tici in hoc ſignificatu dictionem hanc capi conſpiranter annuũt.

Calpurnii carmina de ſpectaculo Cæſaris enucleata: et quæ fue/
rit ſilua thalæa. Cap.xxxix.

i NCIDI Nuper in poema Calpurnii:ſic enim mallo q̃
Calphurnii nomine piſonibus hoc indito a calpo numæ
filio ut Porphirio tradit:huius poetæ uerſus quantam do
ctrinam præſeferãt cuiuis uel mediocriter erudito licet ani
maduertere.

Hic niueos lepores:et non ſine cornibus apros:
Manticoram ſiluis/etiam quibus editur alcen
Vidimus: et tauros:quibus aut ceruice leuata
Deformis ſcapulis torus eminet.aut quibus hirtæ
Iactantur per colla iubæ:quibus aſpera mento
Barba iacet: tremuliſq; rigent palearia ſetis. Scribit Calpurnius

se in cæsaris spectaculis multiformia et mirāda animalia deprehendisse in primis lepores albos. Exponunt nōnulli cuniculos: qui maxime fallunt. Sunt enim cuniculi diuersum genus a leporibus: qui multifarii reperiun/tur. In alpibus candidi sunt: quibus hybernis temporibus pro cibatu ni/uem credunt esse. autor Plinius libro octauo: de his nimirum calpurni/us intellexit: nec ab re niueos uocauit quando albi sunt: et niue delectā/tur. item Iulius pollux libro quinto autor est eē albos lepores. Quod ue/ro subdat se i harena conspexisse apros cornigeros ad illud referri debet: quod tradi solet a naturalibus autoribus. In india cubitales dentium fle/xus geminos ex rostro: totidem a fronte ceu uituli cornua exire. hos den tes in longitudinem cornibus similem exeuntes cornua Calpurnius ap/pellat. Manticora uero est animal: quod in æthiopia nasci Ctesias prodi/dit triplici dentium ordine pectinatim coeūte: facie et auriculis hominis: oculis glaucis: colore sanguineo: corpore leonis: cauda scorpionis modo spicula infigentem. Vocis ut si misceatur fistulæ et tubæ concentus: uelo/ciatis magnæ humani corporis uel præcipue appetentē. Hāc hominum sermones imitari autor est Iuba. De Alce Plinius sic. Septentrio fert et equorum greges ferorum sicut et asinorū asia et africa præterea alcen ni, proceritas aurium et ceruicis distinguat iumento similē. Per boues: qbus torus deformis eminet scapulis intelligit tauros syriacos gibbosos: quibus torus hoc ē gibber est in dorso. Carici quoq; in parte asiæ fedi uisu tube/re super armos a ceruicibus eminente: laxatis cornibus excellentes in ope re narrant. Cætero nigri coloris cādidiue ad laborē dānantur. Per tauros iubatos bisontes intelligit: siue bonasum in pannonia frequentē: qui præ ditus est equina iuba cætera tauro similem. Cū uero ingt. Quibus aspe/ra mēto barba iacet siue riget tauros ferocissimos intelligit generaliter et siluestres: et fortassis uros: qui excellēti ui et uelocitate pstant: hos fert scy thia: quos agrestes uocat in georgicis Maro. Illos barba insignitos tradit. quoniam id specimen generositatis euidentius et apertius qūo pluribus pilis abundant: et præcipue si sunt setosis auribus. Palearia setis inhorre/scere bobus agrestibus autumat ad ferociam illorum demonstrandā. Pa learia cutem uocamus e bouis collo dependētem. Reperio singulari nu/mero in seneca tragœdiarum scriptore palear palearis. Signa nobilitatis i uacca sunt prolyxa palearia: unde Maro cecinit. Et crurum tenus a men/to palearia pendēt. Chartilaginem defluam e collo galli gallinacei Colu/mella paleam dictitat: bononienses paleolum in homine quoq; uo/cant. In eodem uersu hic est dignus cura et examine perpensiore. Di/ceris in silua iudex audisse thalæa. exponunt nōnulli thaleam siluam pro uirili positum quando omne uiride græci thalon dicant quare uirides

surculi: q ferunt thaleæ a Plinio cæterisq; nominant: unde uerbũ itertha/
liare ut autumat Varro pro icidere. quoniã hæ thaleæ incisæ plantantur.
Sollertior tamẽ et acutior expositio ẽ iterptari thalæã siluã p deriuationẽ
a thalea multis thaleis et ramis lauri cõsitã: quæ silua erat cæsarũ lauro ple
na apollini dicata: ꝑpterea laudes cæsaris et apollinea carmina tradit Cal
purnius recitata fuisse in silua thalæa loco scilicet pp laurũ apollini et cæ
sari gratissimo. Quæ ut plenius accipias Plini uerba subscripsi libro deci
mo sexto. Sed et circa diuum augustum euenta eius digna memoratu.
Nãq; liuiæ Drusillæ: quæ postea augusta matrimonii nomen accepit cum
pacta eẽt illa cæsari: gallinam conspicui candoris sedenti aqla ex alto ab/
iecit i gremium illesam: intrepideq; miranti accessit miraculũ quoniã te/
neret rostro laureum ramũ honustum suis baccis. Conseruari alitẽ et so/
bolem iussere aruspices: ramũq; eũ seri ac rite custodiri. Quodq; factum
ẽ i uilla cæsarum fluuio tiberi imposita iuxta nonum lapidẽ flaminia uia
quæ ob id uocatur ad gallinas: mireq; silua prouenit. ex ea triumphans
pôstea Cæsar laurum in manu tenuit: coronamq; i capite gessit. Ac dei/
de impatores Cæsares cuncti. Traditusq; mos ẽ ramos quos tenuerunt
inserendi: et durant siluæ nominibus suis discretæ fortassis ideo mutatis
triumphalibus. Inferius libro proximo Plinius tradit ꝓpagine seri laurũ:
triumphalem thalea tantũ: ubi triũphalẽ uocauit hãc qua loco triumpha
lis triumphaturi Cæsares utebantur.

Multa in Apuleio enarrata. Quid p asinũ cappadocẽ itelligam. De asino claudo: q ẽ apud inferos. De Isidis sistro et cymbio non nulla scitu digna. Quid p potionẽ sacrã sit itelligendũ. De lapide ꝑconis. Cap. xl.

Lucius Apuleius platonicorum eruditissimus: quẽ eloquẽ
tissimũ censet Augustinus. Quidam meri mydæ hũc ele/
uant: sed hi doctos alba linea metiuntur et magnis no/
minibus allatrant: indiget hic castigatione limatiore i q̃/
plurimis locis: idq; libro octauo de asino aureo his uerbis.
Is nimio præstinandi studio ꝑconem rogat cuiatis essem. At ille cappado
cium me et satis forticulũm denunciat. Nõ nulli referunt hoc ad ꝓuer
bium uulgare: quo cauillãtes cum aliquem dolosum et ueteratorem imo
deterrimum significare uolumus illum cappadociũ eẽ dicimus. quoniã
ꝓuerbium græcum sit. τρία κάππα κάκιστα hoc ẽ tria. C. pessima: de ci
lice: cappadoce et cretensi. Verumenimuero iocus Apulei in hanc senten
tiam trahi uix potest. quoniam si p cappadocem nũcuparet se uitiosum:
et deterrimum abstерreret potius emptorem q̃ inuitaret. Temerarius

enim non ē. sed furiosus / et prorsus extra mentem: qui uenui subiciēs iu/mētum id emptori calcitrosum profert et uitiosum: cum potius uendēdi cupidus ludat eo ludo: iocetur eo ioco: qui futurus sit sibi non dispēdio. sed utilitati. Ego hoc refero ad nobilitatem equorum: quibus cappado/ces abundauerunt: ut cynedus ille semicanus et cincinatus auctionabundus asinum emptori hyperbolice dicat non solum esse bonum asinū. sed et generositatis equos æquiperantis: et eos nobilissimos quales erāt equi cappadociæ: qui fingebantur orti ab argis uel argæi a cappadocibus. Sci/mus enim autore Oratio argos nobile equis haberi: de quibus equis cap/padociæ sic meminit Claudianus.

Delectus equorum:

Quos phrygiæ matres: argæaq; gramina pastæ

Semine cappadocum sacris præsepibus edunt. Quid si probo cap/padoces equos ab agrigentinis profluxisse? qui oēs bonitate reliquerūt. Seruius ī expositione illius carminis uirgiliani libro. iii. æneidos. Arduus inde agragas ostentat maxima longe Mœnia magnanimū quondam generator equorum. Secundum Pindarū quondam agrigentini equos ad agones græciæ mittebant: qui inde uictores reuertebantur. Legimus etiā illud cum in cappadocia greges equorum perissent delphici apollinis res/ponso adduxerunt greges de agrigēto et reparauerunt meliores. Idem autor libro quinto multa ex ritu ægyptiorū explicaturus: quæ ad tartara translata sunt. quoniam ægyptios astrologi dicunt si referantur ad com/putationem sphericæ globositatis antipodas esse: sic infit. Iamq; cōfecta bona parte mortiferæ uiæ cōtinuaueris claudum asinum lignorum gerulum cum agasone simili: q te rogabit decidēti sarcinæ fusticulos aliquos porrigas ei. Corrigendus ē codex iuulgatus: et legendū funiculos ex Diodori uerbis hoc ē breuem funem: quē ipse ad colligāda ligna nodare uo/lebat. Diodorus huic nostræ interpretationi sic scribens adstipulatur. Asini etiam ficti fabula monstratur ī quādā celebritate. Nodos. n. quos unus ī pricipio lōgioris funis cōplicat: alii post sequēres dissoluūt: quod si fusticulos legere mallis ligneola interpretare: qbus cōuolutis funis adstringit et pōdus cohibilius aptatur asino clitellario. Idē libro undecimo iuno/nem originalem deā sub ueneris et isidis cognomine describens facit de/xtra manu sistrum gestare: læua uero cymbium hoc est uas urinariū: Causam dum anxie requiro Seruium sic loquentem cōpi. Cleopatra tantū sibi assumpserat ut se isim uellet uideri. Isis autem est genius ægypti: qui per sistri motū: quod gerit in dextra: nili accessus recessusq; significat. per situlā: quā sinistra retinet ostendit fluentiā omnium lacunarū. Isis aūt lingua ægyptiorū ē terra: Quod cymbium Lucius dictitat Seruius latine si/

tulam uocat. Est enim situla uas aquarium: cuius dimminutiuum sitella est: primitiuum uero sitia. de hac multa tradidimus in plautinis commẽtariis. Nec hebetioribus indiget. sed lynceis oculis: quod ab eodem traditur sic libro secundo metamorphoseon. Peragrata cuncta thessalia fusis auibus larisam accessi: ac dum singula pererrans tenuato admodum uiatico pauperiei meæ fomenta conquiro: conspicor medio foro procerum quendam senem: insistebat lapidem. Ego propemodum puer olim cum publice Mantuæ literas ingenuas docerem nonnullis annotationibus editis locum hunc explicaui cum Apuleio corrigendo intenderem: in quo tanquam heros in clypeo gloriari possum: me primum hunc autorem ex tot italiæ professoribus publico auditorio bononiæ: dein mantuæ: interpretatum esse. Qui nam sit ille pconis lapis: ex quo ueluti de podio editissimo et specula eleuatiore præco ad populum pronunciabat: rarenter inuenies qui tibi explicent. Cæterum ego comperior in foro romano lapidem sublimiorem editioremq; fuisse: ex quo præco populum alloquebatur. Ab hoc ritu romano fusius euagatum est uti loca editiora omnia: de quibus præco buccinat: lapides appellẽtur quemadmodum carcerem a Romano remotum pro quocunq; carcere tullianum Lucius appellauit. De hoc lapide Plautus intelligit ita loquens i bacchidibus. O stulte stulte nescis nunc uendi te Atq; i eo ipso adstas lapide ubi præco prædicat: quippe uenalibus mancipus: obæratis: decoctoribus: et noxiis uoce præconis solitis ex eo lapide adici. Columellæ huic sententiæ suffragantis subscribentisq; uerba sunt hæc ex libro quarto agriculturæ. Quæ uulgus quidem parui æris uel de lapide noxium posse comparari putant. De hoc lapide meminit in oratione contra pisonem Cicero sic. De me cum omnes magistratus promulgassent præter unum prætorem a quo non fuit postulandum fratrem inimici mei: præterq; duos de lapide emptos. Pedianus: qui tullianas orationes commodissime interpretatus est sic enarrat. Duos tribunos: quos de lapide emptos ait quia mercede id faciebant. Hoc Asconii interpretamento pensitato et diligenter animaduerso suppeditatus est coniectandi locus: in foro uidelicet Romano lapidem fuisse: iuxta quem sectio: distractio: et permutatio uenalium rerum fieri cõsueuerat: et apud quem hastarium: ut obiter usurpem Tertulliani uerbum: Romani faciebant. Ego in Plautinis commẽtariis hoc addidi athenis atticis fuisse lapidem ellatum a quo omnes tales lapides appellationẽ sortiti sint. Nonnulli liuiduli: qui: quorum æmulationem desperant: eorum affectant simultatem: hoc aiunt somnium esse nisi autorem tanquã scutum aiacis protendam. Audi igitur quæ Pausanias græcus autor tradit cum de iis qui ad atticam spectant meminit. Apud areopagum palla

ladis martiæ ara uisitur: quam ille absolutus constituit. Saxa quoq; argē/ tea: in quibus rei omnes accusatoresq; consistunt: alterum impudentiæ: alterum contumeliæ nuncupant. Hæc Pausanias. Ab his saxis argente/ is: in quibus noxii sistebantur lapis iste Romanus/ et ille apuleianus ori ginem habuerunt. Illis utebantur ob martis exemplum: qui reus cædis illis ascensis exemptus fuit a iudicio. Quid multa refero/ quæ in hoc au ctore primus enarraui? i primis illū oculū iustitiæ noiare. quoniā i hiero/ glyphicis literis oculus iustitiæ seruator īterptabat: qd si oculus seruatorē iustitiæ significat: ab hoc exēplo literarū sacrarū/ Apuleius īuocat oculū iu stitiæ et testat quoniā scit oculū significare iustitiæ seruatorē. quare q ali/ ter sentiunt nihil sentiunt. Hic enim inuocat oculum iustitiæ: ut cu/ stodem: et corporis defensorem: quem nouit non ob aliam causam in sa cris literis sculpi nisi quod iustitia acribus oculis intuetur. Si seruator iu/ stitiæ per oculum significatur: non ob aliam causam hoc fit nisi quod iu/ stus omnia intueri acriter debet: et oculatissima acie profunda rimari: igitur iustitia per oculum figurabatur: si seruator iustitiæ per oculum de/ notabatur. Non uideo quo modo oculus seruatorem iustitiæ significet/ nec tamen iustitiam. Hinc enim oculus iustitiæ trahit originem: qui si/ gnificat hominem iustitiam seruantem sicut: Socratem qui dicit: hominē dicit. Oculum iustitiæ arbitrum et uindicem nuncupat Marcellinus libro uigesimonono: Idem sentimus fere. sed ego appellationis oculi iustitiæ altius repeto. Si iusticia est acribus oculis prædita: seruator iustitiæ acri/ bus oculis erit: iustitiæ ergo oculus inde uocabitur: nec obstat Diodorum scribere oculū seruatorē iustitiæ signare: cum idem sit et iustitiam signi/ ficare: et iustitiæ seruatorē. exēpli gratia si manus liberalitatis seruatorē idi cat: uidebit quoq; liberalitatē idicare. Sed hæc uideo potius eludi q̄ uitari.

Præterea in operis huius uestibulo cum sic ait. At ego tibi sermone isto milesio uarias fabulas cōseram: auresq; tuas beneuolas lepido susurro p/ mulceam: modo si papyrum ægyptiam argutia nilotici calami inscriptam non spreueris inspicere. Puto ego papyrum ægyptiam genus dicēdi mol/ le et lasciuum significare: qua mollitate male audiebāt ægyptii: quamob/ rem uarroni canopitici libidinosi sunt. Argutiam uero calami nilotici ele gantiam argutam et lepidam characteris: quem peculiariter stilum nilia cum uocabant. Conueniet cum superioribus ubi pollicetur milesias fabu las nunc ægyptias pedestri oratione lasciuias: et dulcia poemata modis ni loticis hoc est obscenioribus composita: de quibus Ouidius intellexit li/ bro tertio de arte amandi sic canens.

Et modo marmoreis referant audita theatris:
Et modo niliacis carmina lusa modis.

Paulo post cum sicait. Ego deniq; uespera dum polentæ caseatæ mor/
dico securius offulã grandiorẽ. Scribo ex priscis exẽplaribus uespna hoc ẽ
ĩ uespna: quæ uox nouatori uerborũ Apuleio cõuenit. Vespernam prisci
cœnam dictitarunt quod uespere summeretur ad prandii differentiam.
Idem libro decimo. Quo conspectu simulatur necessaria præcordiis le/
niendis: biliq; subtrahendæ illa prænobilis potio: quam sacram doctio
res nominant. Qui sint hi doctiores: qui de potione sacra meminerunt:
imo quæ sit ipsa sacra potio ignoratum est diu. Illa de qua Plinius non
tacuit aurẽa potio: super qua nobiles medici multa: et rhu barbarum si/
ue ponticum: quod inter benedictas siue nullum habentes uitus cõnu/
merãtur ad hoc propositum non facit. quia et si benedictam quam me
dici uocant possit iste sacram uocare: cum benedictis tamen medici con/
iungunt: quæ non pro ultima medicina porriguntur. Nec sacra dictio a/
pud medicos cum benedictis congruit quod insulsum est credere: præser
tim cum sacrarum medicinarum et benedictarũ apud idoneos: imo om/
nes medicos: sunt capita diuersa. ego apud Lucium sacram potionem in/
telligo solutiuam sorbitionem siue medicinam: quam græci ἱεραν uocãt.
Nec inepte asseres Apuleium per sacram ἱεραν πικραν Galeni significas/
se: quæ ut tradit Mesue siue moses: ut nõnulli mallunt: est medicina sub/
limis: in qua aggregantur operationes nobiles. Est enim attenuatiua et
resolutiua materiarum malarum: inmodicarum: et uiscosarum: et exsiccati
ua earum: quæ imbibitæ sunt in meatibus et angustiis: sicut imbibitur in
spongia: et perficitur ab ea solutio bona: et cõueniens: et est calefactiua et
aperitiua opilationum et abstersiua. Quidam faciunt trochiscos cum
aqua bdelii et draga: et uirtus quidem huius medicinæ affert iuuamenta
multa experta ad ægritudines capitis: stomachi: epatis: et iuncturarum:
renum: matricum: et membrorum frigidis: et educit humiditates genera/
tas in eis et putredines: Cuius permixtio docetur a Mesue. Si non ad sa/
cram amaram uis uerba Lucii referre. quoniam dumtaxat sacram nomi/
nat non aũt amaram: refer ad sacram potionẽ hermæ: a qua expectant
medici fiduciam iuuamentorum et expertorum. Est et sacra archigenis.
Est mosis quoq; hiera: quæ proculdubio medici hiera medicamina dicũt
quasi sacra et prope diuina ope auxiliantia. hoc superaddendum ẽ quo/
niam anguilla semper elabitur cum hieran siue sacram nominamus de/
bere nos intelligere de hiera Galeni quamuis multæ sint hieræ: ruffi/
ni scilicet hermæ et cæterorum. Præterea hoc aduerte rhu ponticum
siue rheu barbarum nullo pacto posse inter sacras potiones numera/
ri. Quoniam sacræ potiones sunt mixtæ: benedictæ uero: inter quas
est rhu barbarum: simplices. Narrationi superiori de oculo iustitiæ

hoc adde singulatiuo numero frequentius scriptores oculum iustitiæ q̃ oculos nominare. quare uidetur potius ad figuram ocul sacrarum literarum referri/ propterea Iulianus poeta græcus παντεπόπτον ὄμμα δίκης. hoc est iustitiæ oculum cuncta aspicientem nominat.

Quis autor obsceni carminis: De elephantide poeta. De Psoleo et Culeo uerba in priapæis explicata. Cap. xli.

d

Vbitauerunt eruditi/obsceni carminis: cui priapæis nomen inditum est: autor ne Vergilius a pudore genuino parthenice dictus: an potius Ouidius prælicens in uerbis oscis: autor fuerit. Ego nec id maronianum opus putem: nec ouidianum. Sed diuersorum poetarum: qui priapo tutelari numini horti cæsarei seu mæcenatiani ludētes hæc pro captu/modulocꝫ ingenii composuerint uario stilo: multiplici materia: subinde idē repetente. Poema iocosum nimis est: et lasciua uerborum nuditate pudibundum: scatens tamen non medіocri et ea recondita eruditione: cuius rei uersus hi fidem manifestam faciunt.

Obscenas rigido deo tabellas
Ducens ex elephantidos libellis
Dat donum lalage: rogatcꝫ tentes
Si pictas opus edat ad figuras.

Plericꝫ omnes autumant meretricem fuisse elephantida: quæ figuras coitus pictas exscripserit: et hanc lalagen poetæ illas imitari. Ego elephantida nomen poetæ crediderim: qui iocosis carminibus numeros: modoscꝫ concubitus intexuit: ex cuius opusculo nunc lalage coitus figuras exscribit: legendoscꝫ proponit: dicatos prius obsceno deo. Fuerunt alii præter hunc elephantida: qui modos coitus carmine docuerunt: qđ ostendit Ouidius in libris tristium.

Nec q composuit nuper sybaritida fugit:
Et qui concubitus non tacuere suos.

Tranquillus in Tyberio de hoc elephantide meminit. Demetrius græcus se de hoc elephantide legisse quædam mihi Mediolani retulit: qui poeta fuit non poetria. Sunt et hæc apud eundem poetam digna scitu carmina.

Sed rudis hic dominum totiens audire legentem
Cōstitui: meracas edidicicꝫ notas.
Psoleon ille uocat: quod nos psoloenta uocamus.
Et quod nos culum/culeon ille uocat. Inducitur priapus

poetam audiens dominum hortuli lectitantem carmina Homeri: ait priapus se audiuisse multas Homeri dictiões:quæ iniuriam pudori faciunt si Romana lingua proferas:nec disconueniunt in significatione. Psoleon præputium dictitat Homerus:cõuenit illud cum psoloente fulmine. Est enim mentula fulminei impetus. Culeon uaginam dicit: uerbum traduci potest ad podicem:quoniam sicuti uagina gladium:ita podex:honor fit auribus honestis:penem accipit:quare symbolicos et operte podicẽ Plautus elegãtiarum parens uaginã uocat his. Cõueniebat ne in uaginam tuã machera militis?Carmen Homeri in prima illiados rhapsodia ubi κουλεὸς pro uagina põitur hoc est. αὐτὰρ ὅ γε κουλεὸν ὦσε μέγα ξίφος, οὐδ' ἀπίθησε. Sunt qui legũt. Psoleon ille uocat/quod nos psoloenta ceraunon hoc sensu. Homerus psoleon uocat ceraunon hoc est fulmen:quod nos psoloenta. ψόλη græce mentula dicitur. Ludit in uicinitate dictionum poeta. hãc tamen ueriorem interpretationem puto. Homerus psoleon uocat ceraunon hoc ẽ fulmen. ut iterpretatur sudas cito corrumpens et comburens/cum penis:qui græce psoleon dicitur et psole sit ardens et impetuosus poterit dictum uideri a psoloente fulmine: et hoc pacto etymologiam rerum turpium inuenit ex Homeri carminibus. De psoloente fulmie hæc lego apud Aristotelem libro tertio metheororum. Cũ autem subtilior spiritus increpuerit uocatur incẽsio. Coincẽdit enim aerem flagrantia colorans. Si autem in ipsa multus et subtilis extruditur spiritus / hoc fit fulmen:siquidem ualde subtilis nõ adurẽs propter subtilitatem:quam poetæ argeta uocant. Sin autẽ minus adurens: quam psoloenta uocant. hic enim propter subtilitatem fertur:propter uelocitatem autẽ præuenit pertransiens antequam ignitus fiat:et moram faciens denigrat. Psoli dicuntur a græcis magna uirilia habẽtes. Aristhophanes. τοῦτ' ἄρ' ἐκεῖν' ἦν τοὔπος ἀλλήλως κόκκυ. ψωλοὶ παλίσαι δὲ ψωλὸν γενέσθαι λεῖ σε μέχρι τοῦ μυρρίνου ἄντι μέχρι τοῦ μυρρίνου. ἄντι μέχρι τῆς κεφαλῆς. idest oportet te fieri mentulam a pube ad caput. In poeta nostro psoleon a psolo hoc est enormibus uirilibus formam dimminutionis capit. Cum uero ait quod nos psoloenta uocamus ne intellige nos græci. quoniam latinum priapus in hoc opusculo se uocat. sed nos uocamus: qui græca uerba pudibunde et serio cupimus traducere ad græcas honestas uoces si non possum ad latinas: quæ græcæ dictiones sine pudore proferuntur.

Prochotrophia. Xenones. Xenius Iupiter. Nosocomion. Xenodocion. Gerontocomion. Vephrotrophion. Orphanotrophion uerba imperitorum explicata.

I

N codice iureconsultorum hoc est legum: quas imperatores sanciuerũt: libro: nõ iprobando talia leguntur. Quia igitur multa scimus tam nosmet ipsos q̃ serenissimam cõiugem nostram uariis personis iam donasse et uendidisse et per uarios titulos assignasse cum maxime sacrosanctis ecclesiis: et Xenonibus: et potrophiis: et ipsis ecclesiis: et aliis innumerabilibus ꝑsonis. Vox illa potrophiis adulterina est et manifeste mẽdosa. Corrigo ptochotrophiis. Sunt enim ptochotrophia diuersoria uel domus ubi ptochi hoc est mẽdici nutriuntur. πτωχὸν enim græci mendicum uocãt. τροφὴν nutrimentum: in quam sniam protulit id Hesiodus libro primo ἔργα καὶ ἡμέραι. καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει. καὶ τέκτονι τέκτων. καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει. καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. Significant hi uersus inuidere figulum figulo: fabrum fabro: mendicum mendico: et poetam poetæ. πτωχὸς inquit suidas ὁ ἐκπεπτωκὼς τοῦ ἔχειν ἅπαντας. παρὰ τὸ πτώσσειν πάντας. ὅ ἐστι ταπεινοῦσθαι. Dicitur Ptochus quod peptochos hoc est suppliciter et humiliter et timide se habet mendicus. in oĩbus πτώσσειν hoc est humilem se agere. De his qui nunquam explentur græci prouerbialiter dicunt πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται. significant hæc uerba. mẽdici pera nunquam expletur: et sportæ mendicorum semper sunt uacuæ. Inoleuit et prouerbio. πτωχότερος λεβηρίδος καὶ κιγκάλου. hoc est mẽdicior leberide et cingalo. Existimo hunc populum cingalum fuisse illũ: unde fluxerunt hi aduentitii mendici; qui seminudi et semp famelici sine spe: sine sede: italiã / mẽdicãtes et furãtes / obãbulãt: tẽdiculas tẽporarias ubiq; explicãtes: quos ueneti noui romani ꝓcul a ciuitatibꝰ suis arcẽt magni turcarũ Regis exploratores: et emissarios arbitrantes. Græci hospitalẽ locũ ubi mẽdici nutriũt uocãt. πτωχοτροφεῖον autore suda. Xenones aũt uocãt loca ubi hospites accipiunt: quæ alio noĩe græci Xenodocia dicũt. Xenion donũ / quod datur hospitibus. ξένιος ὁ ζεὺς hoc ẽ iupiter hospitalis dicit a græcis. de quo sic loqutus est maro. Iupiter hospitibus nã te dare iura loquunt. Præfectus hospitio uocat quoq; ξένιος. ξενολόγιον locus ubi milites externi cogũt. ξενολόγος cõgregãs milites externos. Idẽ ipator codice de sacrosanctis ecclesiis usus ẽ hac dictiõe sic loquẽs. Si qs dõatiões usq; ad qngẽtos solidos i qbuscũq; rebus fecerit uel i sanctã ecclesiã uel i xenodocion uel i noscomion / uel orphanotrophion: uel i ptochotrophion uel in gerontocomion uel in nephotrophium. Sed ut hæc uerba percipias xenodocium latini recentiores uocant hospitale. Nosocomium ualetudinarium ubi alimenta suppeditantur ægrotis. Orphanotrophium ubi filii orbi: et parentibus priuati nutriuntur. Pro-

chotrophium ædes ad mendicos alendos erecta. Gerontocomion ubi alimoniæ subministrantur senibus uiribus ob ætatem senectam destitu/tis. Vephrotrophium: sic enim apud imperatorem legendum est: ubi nutrimenta parantur infantibus. βρέφον enim græci uocant infantem. βρεφύλλιον infantulum. Orphanotrophi dicuntur præpositi nutriendis orphanis: quod collegimus ex his uerbis imperatoris. Orphanotrophos huius inclytæ urbis defendere ac uindicare debemus: qui præsunt men/dicis ptochii uocantur: qui uero hospitalibus/Xenodocii. hoc impera/tor indicat ita loquens. Nullos monachos aut ptochios aut Xenodoci/os ortodoxæ fidei deputatos extraordinariis muneribus præcipimus præ/grauari.

Facetum Laidis dictum/consequenterque explicatus Ausonius.
Endo suam apud eundem quid. Tau quid significet.
Epigramma in catalecto enarratum. Cap.xliii.



d Ixerat O mores O tempora Tullius olim sacrilegum stru/eret cum Catilina nefas: quanto nunc causatius exclama/re deceret comtemplantes latinas musas sordidatas: lace/ras: situ lutoreque fœdissimo obrutas et obsitas. Quis apud græcos dicēdi iocandique artifices: quis apud latinos super/cilio grauitatis excellentes argutior: doctior: mollior: artificiosior est au/sonio Burdegala? Truncus tamen et semilacer circumfertur/tot errori/bus: tot maculis deformatus ut cum Ausonium tenes uix te Ausonium tenere. Sed Ausonii reliquias putes. Dabitur fortasse nobis occasio quā/doque cum his monstris congredi: interim nonnulla prælibabimus. In primis hoc festiuum et iocosum eius epigramma aggrediamur.

Canus rogabat laidis noctem Myron
Tulit repulsam protinus:
Causamque sensit: et caput fuligine
Fucauit atra candidum:
Idemque uultu crine non idem Myron
Orabat oratum prius.
Sed illa formam cum capillo comparans:
Similemque non ipsum rata/
Fortasse et ipsum. sed uolens ludo frui
Sic est adorta callidum.
Inepte quid me quod recusaui rogas?
Patri negaui iam tuo.

Sensus hic est Ausonii: Myronem nescio quē canū rogasse noctē laidis hoc est concubitū nocturnū. Ille repulsam tulit.

Sed cum Myron amens animaduertiſſet ſe ob ſenium a laide : repudia/ri : crinem fucauit:iterumq; adiit laidem / idem quod prius orans. Illa faciem noſcitabunda. Sed crine mutato decepta:credidit hunc:ut pote capillo ætati iuuenili competẽte:filium eſſe illius priſtini amatoris:qui noctem popoſcit:cum tamen idem eſſet:diuerſo tamen crine. Reſpõdit igit Lais ſe patri ſuo iam mox negaſſe. Sed tamen dubiũ eſt:inquit poeta:an Lais ueteratoriæ calliditatis meretrix decepta ſit:an uero crediderit re uera hunc eſſe eundem illum primum noctis efflagitatorẽ. Sed iocari cupiens et amentiam ſenis illudere filium dictitauerit:taxans in eo crinis adulterini fucatam ineptiam. Finxit hoc poeta laidi cõtigiſſe fabuloſe: quod euenit hiſtorice. Id uero dicax imperator hadrianus uſurpauit ita ſcribente Helio ſpartiano. Fuit etiam dicaculus: unde illud quoq; înotuit:quod cum cuidam caneſcenti quiddam negaſſet:eidem iterum petenti. ſed infecto capite reſpondit. Iam hoc patri tuo negaui. Hadriani ſcoma tenẽs Auſonius licentia: qua poetis frui licet : detorſit in Myronem et laida concinniter et uenuſte. Vel a laidis dicto ſalſum dicterium uſurpauit Hadrianus. In Auſonii ſimiliter monoſyllabis carmẽ id quoq; ſubobſcurũ eſt. Et cuius de more quod adſtruit endo ſuamdo. Verſus hic merus ſyrpus uidetur / et ueriſſimum ænigma:quod tamen Diomedes enodat libro ſecũdo ſic ſcribens. Apocope eſt ablatio de fine dictionis proparalepſi uel paragoge contraria cum aut litera detrahitur uel ſyllaba . litera ut aſpice nũ mage ſit noſtrum penetrabile telum ꝓ magis:ſyllaba ut endo ſuã pro domum. Senſus eſt Auſonii de more hoc eſt ex conſuetudine ſolitum dici cum adſtruimus hoc eſt aſſeueramus domum alicuius endo ſuam ꝓ domum ſuam.

Nec illud minori eget obſeruatiõe. ſcire uelim catalecta legẽs qd ſignificet tau. Significat hic uerſus per catalecta opuſculum illud nouiſſimum maronis : cui a menſu ſyllabico nomen inditum eſt : cuius hoc extat prĩcipium. Vere roſa:autumno pomis:æſtate frequentor Spicis : una mihi eſt horrida peſtis hyems . Qui catalecta hæc legerit : reperiet illic tau gallicum . Eſt enim litera græca tau:ad cuius ſimilitudinem cruces furcaſue galli fabricabant : quibus noxios ſuffigebant. hoc modo ſcribitur. T. uel hoc pacto . Ꞁ. Sed prima nota eſt furcæ ſimilior:hos poetæ uerſus in catalecton libello Auſonius innuit.

Corynthiorum amator iſte uerborum
Iſte iſte rhetor quatenus totus /
Thucydides britanus atticæ febres
Tau gallicum imminet : ipſemet male illiſit
Iſta uerba omnia iſte miſcuit fratri . Significare uolens Maro quedã

nequiter et perperam atticissantē barbarum alioquin et insulsum ludit i litera græca inauspicata eiusdem significationis dicens illum cum nesciat uti Tau græco manere Tau gallicū hoc ē furcam gallicanam: ut predixi/mus quoniā fratrem ueneno sustulit: Sed ut nihil omittā quod usquā le/gerim: poenā crucis significari ꝑ Tau literā puto. quoniā apud Lucianū in eo libello: cui titulus ē δίκη φωνηέντων pœnam statuendā huic elemēto sigma putatur cum locū alterius furto quodam itercepent: propterea fur/ca: quæ punire furta consueuit per hoc elemētū exprimit: quod furatrinā exercere dicit. Litera. ϴ. quæ significat mortē ꝑsenti negocio non facit. Amplius barbarū illum male atticissantē uocat Thucydidem britānū lu/dēs in hominis barbariem: qui asserebat sibi facundiā græcam qualis flo/ruit i Thucydide primario dicēdi artifice: quod satis Thomas græcus poeta probat his luculētis carminibus/ Demosthenē: Aristidē: et Thucydidē tria rhetorices sidera nuncupantibus.

Ῥητορικῆς φιλέω τρεῖς ἀστέρας, οὕνεκα μοῦνοι
πάντων ἑτέρων εἰσὶν ἀρειότεροι.
Σοῦ πόνους φιλέω Δημόσθενες εἰμὶ δὲ λίαν
καὶ φιλαριστείδας. καὶ φιλοθουκυδίδας.

In peruulgatis poetæ codi/cibus mēdū ē: ut pote in quibus tyrānum pro britāno legebatur. Hic de quo poeta agit fuit cimber: qui fratrem suum interfecit: et ob hoc fingit poeta illum scire Tau gallicum. quoniam scilicet iterfecto fratri: similis tau elemēto: successit. Sed et Quintilianus taxari cimbrum a poeta inuit maximum affectatorem uerborum: quæ miscet cum nouis/ perinde ac mi stum est æs corinthium. Sed non mirum est si hæc monstra et uenena uerborum miscet cimber: qui fratri uera uenena et præsentaria miscuit: quo illum elisit et suffocauit. Verba quintiliani libro istitutionū rhetoricarū octauo sunt hæc. Quædam tamen adhuc uetera uetustate ipsa gratius ni/tent. Quædam etiam necessario interim summuntur: enuncupare et fa ri: multa etiam audientibus inseri possunt. Sed ita demum si nō appare/at affectatio: in qua mirifice Vergilius: et huiusmodi quæ sequuntur. Subdit autem cum poeta. Ista omnia uerba miscuit fratri/ intellige uene/na miscuisse cymbrum fratri. Quid enim sermo affectatus aliud ē ꝙ ue/nenum? quod cymber fratri propinauit. Quod poeta cymbrum innuat his Fabii uerbis ibidem didicimus. Cimber hic fuit: a quo fratrem ne/catum hoc Ciceronis dicto notatum est. Germanum Cimber occidit. Passim in Quintiliani codice sic scriptum est: Tau gallicum enim et spi næ male illi sit. cum scribendum sit. Tau gallicum imminet: ipsemet ma le illisit.

Quæ sint in Pacato capita dimminuta. Cap.xliiii.

e Xtat Pacati panegyricus multa elegantia et uerborum nitore superfluens: ibi temporibus malis: et sub diris pri cipibus capita dimminuta deplorat: et uitam ære taxatam. Ne forte dubites quæ sint capita dimminuta Pompei uer ba subieci. Dimminutus capite appellatur: q ciuitate mul ctatus est: et ex alia familia in aliā adoptatus: et qui liber alteri mancipio datus est: et qui in hostrum potestatem uenit: et cui aqua igniqꝫ interdic tum ē. Capitis diminutio iqt iurecōsultus ī institutionibus prioris status cōmutatio. Maxima capitis dimminutio est cū aliquis simul et ciuitatē et libertatē amittit. Capite diminutus ab Oratio capite minor appellatur.

Per Cachinātē sæuitiā Mamertinum fictam Domitiani crudelitatē significasse. Caput.xlv.

m Amertinus eloquentissimus panegyrista fuit: sic .n. uoca mus illum: qui panegyricos libellos hoc est cuiuspiam lau des in conuentu maximo prædicat: non secus q̄ epitaphi sta uocat: qui cudit epithaphium. Hic Mamertinus iulia ni imperatoris illius: quoi apostata cognomen inditum ē: laudes cecinit: Inibi cum hunccine Iulianum laudaret a clemētia uerba hæc protulit. Quis nescit aliorum imperatorum hilarem diritatem: cachī nantemqꝫ sæuitiam: a quibus ingenita crudelitas figmento lætitiæ tegeba tur. Taxari uerbis istis Domitianum reor: quem simulatiōe multiplici do losum uocant historici: qui quotiescumqꝫ in quēpiam sæuire destinabat: crudelitatem tegebat: effundebatur in hilaritatem: sepicule ridebat: qua re graphice et apposite nunc cachinans sæuitia uocat a mamertino: quā cachino hoc est etiam effuso risu simulabat. Cachinus est effusus plus æquo risus: unde catholica sententia Annei Senecæ. Sit risus citra cachi num. Risum cachinabilem pro nimio et superfluo uocat Apuleius. Inimi cos suos Marius risu simultatem tegentes iocose dixit sardonium ridere risum. Hoc significare uoluit Plinius Cecilius scribens ad Traianum. Quod enim tam infidum mare q̄ blanditiæ principum illorum: quibus tanta lenitas: tanta fraus: ut facilius esset iratos q̄ propitios habere? Expꝛs sius hoc idem significauit in domitiano Tranquillus. Erat: inquit: nō so lum magnæ. sed et callidæ inopinatæqꝫ sæuitiæ. Auctorem summarū pri die q̄ crucifigeret in cubiculum uocauit: assidere ī thoro iuxta coegit se cum: hilaremqꝫ dimisit: partibus etiam de cœna dignatus est. Si cachinan tem Mamertini seuitiam libeat ad Constātium antecessorem Iuliani uer tere non errabis. fuit enim et ille fucatæ hilaritatis foris: domi nobilium carnificinam exercens autore marcellino.

Exemplum Macedonum infantem regem in aciem proferentium. Cap. xlvi.

n Azarius quoq; uit adprime doctus in panegyrico ad constantinum sic scriptum reliqt. Macedones cum bellum ref icerent contra illyricos regẽ suũ in cũnis ad aciem detulerunt: cum illos ira: hos miseratio: illos signorũ cantus: hos pueri uagitus accenderẽt: mutata ẽ rõ certaminis. Vicerũt q amore pugnabãt. Ne forte aliqs tempus terat anxie historiam huic rei cõgruam uestigãs: et ne cõmentitium: uel fabulosum hoc putet: quãuis p̄sentem rerũ statum præ oculis habeat: Fauẽtinos uidelicet galliæ togatæ populos miseratiõe Asturis pueri reguli sui cõmotos: regi galliarũ: romano põtifici: marisq; regnatoribus uenetis: quibus totus orbis cedebat: restitisse uiriliter: ponam tamẽ quæ Nazario cõcinentia tradit iustinus i epitome Pompei trogi libro septimo. Argeus moderate et cũ amore populi administrato regno successorẽ suũ philippũ reliqt: q ĩmatura morte raptus Europum filium paruulũ admodum instituit hæredẽ: et macedonibus assidua certamia cũ thracibus et illyriis fuere: quorũ armis ueluti quotidiano exercitio indurati gloria bellicæ laudis finitimos terrebant. igitur Illyrii infantiam regis pupilli cõtẽnẽtes bello macedonas aggrediunt: q prælio pulsi rege suo in cũnis prolato: et pugnæ ante aciem posito acrius certamen repetiuere: tanquam ideo antea uicti fuissent quod bellantibus sibi regis auspicia defuissent: futuri uel propterea uictores quod ex supstitione animum uincendi cœperant: simul et miseratio eos infantis tenebat: quem si uicti forent captiuũ de rege facturi uidebant. Conserto itaq; prælio magna cæde illyrios fudere: hostibusq; suis ostenderunt priore bello regem macedonibus non uirtutem defuisse. Hoc idem Polybius grauissimus scriptor asserit.

De Ara misericordiæ atheniẽsium pro eumenio. Cap. xlvii.

L Egit eumenii cultissima: multisq; exemplis florẽtissima oratio pro scholis reparandis ubi exemplatiter ostendere nitens apud quoscunq; populos aliquod humanitatis opus nobile fuisse erectum: sic infit. Atheniẽsis humanitas aram misericordiæ instituit. Hanc aram misericordiæ: quã pietas: et ut græce loquar: Φιλανθρωπία atheniẽsium dedicauit arbitror id asylum fuisse: quod ex atheniensium consensu posteri heraclydæ dedicarunt: q aduersum habentes patris culpa omne mortale genus ob impotentiam herculis post eius obitum dedicauerunt: nepotes uidelicet herculanei: misericordiæ aram: ut eo pactò se defenderent: qui uiribus inæqua

les non poterant se tutari. De hac ara Claudianus meminit. Scribit tamē Plutarchus in theseo mœdorū bello consultātibus atheniēsibus ab apol/line responsum redditū ossa thesei in urbē deferrent: quæ cum reperta fu erit in insula scyro: si memoria fideli utor: pompatice deportata sunt in urbem: locus ubi deposita fuerunt misericordiæ consecratus: ad quem mi seri: servi: et superiorē timētes cōfugere possent: hunc honorem thesei os sibus habentes: qui neq; sepultus desineret popularibus suis auxiliari. de hac ara misericordiæ Statius sic. Huc uicti bellis: patriaq; e sede fugati/regnorūq; inopes: scelerūq; errore nocētes cōueniunt: pacēq; rogāt. mox hospita sedes uicit: et oedipodæ furias et funus olynthi texit: et a misero matrem summouit oreste.

In arbitro Petronio multa luci suæ restituta. Cap. xlviii.

P Etronii arbitri opusculum aureū manus eruditiorum uer/sant: imo fragmēta mera operis aurei: in quo contēdit Petronius effugere ab omni uerborū uilitate: summereq; sa tagit uoces a plebe sumotas ut fiat illud. Odi profanū uul gus et arceo. hunc auctorem plura scripsisse q̄ extēt ostē dit Fulgētius Placiades quædam ī mythologiis suis aduocans: quæ nō cō parent. In his Di boni reliquiis quanta sit librariorum incuria quis uel mediocriter eruditus noscere potest. Nuperrime mēdū subesse cognoui in his uersibus cōciniter et doctiuscule scriptis.

Vix nauita protheus

Sufficiet simulachra uirum traducere cymba: Classe opus est. Protheum deum marinorum pastorem monstrorum poetæ fabulant̄: apud quē fuis se helenam Philostratus eminiscit̄: cum icassum græci troiam oppugnas sent: Illic tandē repta ē a græcis: cū protheo uidelicet. Verior lectio erit si hoc pacto corrigis. Vix nauita porthmeus. per porthmeum intelligit charontem: quē Diodorus sic appellatū contendit quoniam trāsmittit ani/mas defunctorum. Quidam perperam porthmeum portitorē interpretā tur cum transfretatorem dicere debeant. Est. n. portitor ille: q̄ preest por tui exigendo naulo mercium peregrinarū. poetæ nō quod trāsmittat por titorē charontē uocāt: is. n. trāfretator dicit̄: sed quoniam exigit partoriū quod in Luciano exigit a cynico. Triens. n. ex superstitione ægyptia ī ore defuncti ponebat̄: quē mortuus dabat charonti ut transmitti facilius pos set: quod Propertius ītellexit cū ait. Nauta recenset onus. Porthmeus au tem dictus quod baride: sic enim uocatur eius nauicula: transmittit ani mas defunctorum. hac dictione quamuis peregrina utuntur latini. Iu/uenalis. Iam sedet in ripa: tetrumq; nouitius horret porthmea: nec spe/

rat coenosi gurgitis alnum. πορθμῖον græci uocant naulum: quod transi mittenti datur. Ita uocatur a Callimacho sic scribente. τὸ ἐν στόματι κεῖ νέκυες πορθμήϊον ὀυλιφόροιο. Vocatur et in litore profunditas. Porthmos apud Demosthenem pro Ctesiphonte ciuitas ē euboiæ. Porthmos a græcis dicitur: quod nostri fretum uocant. Porthmus ē mare altrinsecus terram habēs. Isthmos uero terra tenuis circū circa mari adlatrata. Porthmos mare undiq̧ cōnnētem habens. Est enim duplex porthmus hellesponti scilicet hinc inde sesto et abydo adiacentibus. Aliud os euxini ponti: quod sacrum uocatur. Columellā lucanumq̧ non intelligunt qui portitorem a portando summunt. Nam bifronæ alludūt. fuit enim aries nauta ut quidam putant: qui cum a uectoribus: i portu moratus: naulum. i. portorium exigeret, inde uocatus est portitor: a portu non a portando, et si detur illos tantum spectare fabulam. Non ne poetæ fabulant, a portu ad portum tetēdisse arietem unde portitor. Non multo post, hoc hemistichion nō minori labe fœdatū circūfert aliud. Testis siluestēr iasdon Atq̧ urbana progne. Eradenda ē uox hæc barbara et nihili iasdon: substituendum. Testis siluester aedon. ἀηδών namq̧ græci lusciniam uocāt qua græca dictione romani ut dulci et leni non abstinuerunt. Vtitur et Maro in quodam opusculo ubi dulciloqūas sirenes elegantissime describit. Quodq̧ leues calami, quod suauis cantat aedon, Quod lyra, quod cytharæ, quod moribundus olor. Ab hac suauitate cantilenæ ἄειδος ab hesiodo poeta dulcis appellatur ita scribente.

καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει. καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Apollinem cognomento loxiū fuisse Seruius enarratus: et de Anareticis planetis. Cap. xlix.

Saepe audiui dubitare quid nam significet illud honorati grammatici Seruii: quod ē in cōmentario quarti libri æneidos his uerbis. Apollinis hyperborei oracula longia feruntur. Nihil enim significant hæc uerba corrupta: et indoctorum grammatistarum incuria polluta. Legendum erit loxia non longia: qua uoce significabit obliqua et tortuosa. Loxios enim græce dicitur implicatus: qua uoce nuncupabatur apollo. quoniam dabat oracula ambigua nec expedita: quale ē illud exemplum pyrrhi. Dico te æacida Romanos uincere posse: Et illud. cyrus halim penetrans magnam præuertet opum uim. Si uero in seruio logia scribere malis interpretare uaticina: et præseferentia diuinam quandam mentem.

λογεῖον τὸ μαντεῖον inquit Sudas. Logion quoq; dicasterium uocat hoc est iudicum locus. Logia quoq; uocantur/quæ de deo dicuntur. Logian Chrysostomus in emellia ad corynthios collectionem uocat ita loquens. περὶ λὰ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους. Subdit idem Seruius. Anareticos dicit idest martem et saturnum: qui intercidunt uitæ rationem si radiis suis ortum genituræ pulsauerint. Vox græca ē anatericos: qua incisor significatˉ. Recte uocantur hi duo planetæ anaretici. quoniam radiationibus suis uitam amputant cum simul iuncti sunt: hoc enim pacto seruium debes exponere. quoniam Mars si benigno sideri copuletur neuter ē et indifferens: diritatemq; suam consueuit exuere. Irradiasse Naso iunctos hos errones ibida sibi infensissimum testatur ita scribens.

Et te nequidq̄ placidum spondentia martis

Sidera presserunt/ falciferiq; senis. Lœtifera ē horum planetarū coniunctio: pestem: bella: ruinam regnorum portendens: et si forte radiis suis lœtalibus impulerint cuiuspiam horoscopum uiolenta morte: ni opposita sideris benignitas iuuet: significāt illum moriturum. Anaretici dicuntur ab ἀναιρέσθαι: quod significat dissoluere. Græcum uerbum est ἀναρρήγνυμι quod significat rescindo. Existimo tamen scribendum esse in Seruio anæreticos hoc est ἀναιρετικοὺς ab ἀναιρέω quod est destruo et interimo. ἀναιρετικός dicitˉ exitiosus. ἀναίρεσις interitus.

Quā falsa sit et ridēda Seruii differentia inter aues oscines et præpetes. Cap. L.

q Vam insulse ibidem garriat hic idem Seruius uiderint eruditi. Eius uerba sunt hæc. Omnes eni aues oscines bonæ: præpetes malæ sunt: uel contra oscines malæ: præpetes bonæ sunt. Inmo Serui aues oscines quandoq; lætum præstant augurium: quandoq; sunt inauspicatæ. Idem de ꝓpetibus dico. Oscines pluratiuo modo dicuntur ore canentes aues. Dicitur tamen ab Ausonio phœbeius oscen cum coruum intelligeret: Idem Oratius. Oscinem coruum ꝓce suscitabo solis ab ortu. Quod præpetes uocantur quæ passis alis et celeribus augurium præfigurāt Gellius copiosissime declarabit. Sed hæc Seruio non adscribenda diserti putant homini bene docto: quæ meram sapiunt inscitiam: addita potius credere debemus ab inculcis scholiographis. Sic enim uocātur illi: qui glossulas infarciunt chrysippæo numero numerosiores.

Cicuta solitos athenienfium sacerdotes castrari. Seruius enodatus.

Dem Seruius sic inquit alibi. Apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculari ut uenerem arcerent: et coire non possent. Emasculari expone utilitatem: et masculæ ueneris uires deponere. Videtur Seruius uel dissimulasse compendio studens: uel non fideliter memoria tenuisse cum hæc scriberet: quod ego enarratum his Hieronymi uerbis compi: quæ posita sunt libro primo contra Iouinianum. Hierophanias quoq; athenienfium usq; hodie cicutæ sorbitione castrari: et postq̃ in pontificatum fuerint electi uiros esse desinere. Cicuta enim castrabantur quoniam frigorifica est: et calorem omnem tollit: et nisi probe temperes usq; ad mortem. Hierophantæ: ut hoc incidenter explicem: dicebantur sacerdotes: qui summum gradum dignitatis i atheniensium sacerdotio obtinebant. Emasculare in alio significatu idq; apud Lucium Apuleium significat puerum stuprare: inde pygistæ hoc est puerarii uerecunde satis a Lucio dicuntur emasculatores: quando libido ista tetra et præpostera uirilem animum effœminat. Mali sacerdotes curios simulantes: et dionysia uiuentes emasculantur potius iuxta Lucium q̃ Seruium penitus uolutabro sordium ueneris uolutati. Sed iam a ceno sote ad officium grammatici repedemus. Plinius de hac ui cicutæ sic inquit libro. xxv. Cicuta tollit uenerē testibus circa pubertatem illita.

De Viduæ etymo: De sparthaco Iurecōsultus explicatus. Cap. lii.

Abolenus iureconsultus sublimis fuit: qui multa consultissime: multa doctissime scripsit: inter hæc ista reponi nō disconducit: quæ etymologice scripsit digestis de rerum et uerborum significatione. Viduam non solum eam: quæ aliquando nupta fuisset. Sed eam quoq; mulierem: quæ uirum non habuisset appellari ait Labeo. quia uidua sic dicta est quasi uecors: uesanus: qui sine corde / aut sine sanitate esset: similiter uiduam esse dictam sine uiduitate. In ultimis his uerbis librarii mendum est. Sic enim legendum iudicabit: qui pleno pectore sapiet. Similiter uiduam esse dictam sine duitate. Sensus hic est Iaboleni. Vidua dicitur quæ sine uiro est a Ve particula priuatiua: a qua uidua uocabitur quasi ue dua hoc est sine duobus ut pote / quæ sola uiuit non collocata in matrimonio ubi duo sunt mas et fœmina. Duitatem uocat Labeo / quam græci δυάδα: recentiores uero philosophi dualitatem. Existimat tamen Macrobius libro primo saturnalium Iduare ethrusca

lingua esse idem quod diuidere: unde uidua quasi ualde idua idest ualde diuisa / aut uidua a uiro diuisa. Quisq; quod sibi potius uidebitur eligat.

In eodem opere multiplici doctrina refertissimo titulo de acquirenda possessione minutulus error est in scriptu: maximus in significatione. Sic enim Paulus inquit. Si seruus quem possidebam pro libero se gerat ut fecit spartanus: et iudiciū liberale pati paratus sit: nō uidebit a domino possideri. Expungēda ē uox illa spartanus et spartacus substituēdū. Intelligit enim de spartaco gladiatore notissimo: qui se in libertatē restituit: de quo talis refert historia. Cum Lentulus ludum gladiatorium adornaret capuæ / capta occasione spartacus: Chrysus: et ænomaus se inde proripuerunt cum septuaginta gladiatoribus: qui facta manu ergastula diffringunt: ergastularios seruos armant: seruos proposito pilleo conuocant ad libertatem: Aduersus illorum impetus comprimendos missos aliquot duces oppresserunt et consulares exercitus. Tandem demandato negocio Crasso profligauit illos extremo bello: ex quo incessit per urbem ouans laurea corona insignitus more ouationis præpostero. Consueuerāt enim ouantes myrtheam coronam gestare. Reliquiæ spartaci coniunxerunt se cum Catilinianis: quæ paulopost ab octauio patre Augusti deletæ fuerūt extra sortē demandato negocio: ut obiter tendens in macedóniam comprimeret fugitiuos. A frugalitate spartacum Plinius laudat: ut pote qui auro interdixerit exercitui suo. Idem laudatur a fortitudine ut qui acriter pugnās ceciderit. De hoc ita scribit Lucanus. Vt simili causa caderes qua spartacus hostis. Sensus ē igitur pauli. Si seruus instar spartaci ui se uindicet liberum non / uideri esse in possessione. quoniam pro libertate animā uult impendere. Non asserit Paulus illum libertate donatum. sed ait nō possideri a domino / a quo coherceri non potest.

In institutionibus correctus Codex publicæ editionis: et de prædicatoribus: infandaq; uenere non pauca. Cap. liii.

m Vlta sunt quoq; in institutionū libris: quæ signanda sunt obelisco hoc ē nota censoria: unum dumtaxat pro exemplo nunc adducā: quod industriam eruditorum requirere uidebatur. Sic enim in codicibus inuulgatis scriptū est. Lege Iulia etiam flagitiū punit cū quis siue ui uel uirginem uel uiduam honeste uiuentem stuprauerit: poenam autem eadē lex irrogat peccatoribus: si honesti sunt publicationem partis dimidiæ eorū bonorum. Si humiles corporis coertionem cum relegatione. Lego

non peccatoribus. sed pædicatoribus. Sunt enim pædicatores: qui uenerē peruersam exercēt: hos græci πυγισους a contrectandis natibus appellant: et pæderastas: latini modo puetarios dictitāt: modo emasculatores: modo pullipmones a pmēdis hoc ē cōprimendis pullis. Pullum uero prisci dixerunt puerum ab aliquo amatū. Pullarii ob hoc felles uocitātur a lucillio: quod sicuti felles pullos gallinaceos indagant: ita isti pullos hoc est pueros tenerioris ætatulæ. Suppilones siue subulones Lucilius itidem uocat. Ausonius postico uulnere fossores dixit quod fodiunt partes posteriores: uenia sit uerbo impretextato. subactores nōnulli dicunt. Hanc uenerem omnes uno ore execrantur: quam pposteram mō uocat Firmicus Maternus: modo miseram: cuius inuentorem orpheum tradit Ouidius: nōnulli uero Thamyram. Ille etiam: ait Ouidius: thracum populis fuit autor amorem in teneros transferre mares: citraq; iuuentā ætatis breue uer: et primos carpe flores. Pathicos scelestissimos et muliebria patientes sic taxat Ouidius. Fœmina qd faciet cum uir sit læuior ipsa? forsitan et plures possit habere uiros. Reperti sunt nonnulli catamiti: q amatoribus suis in muliebrem modum denupserunt: ueluti de sporo legit et Nerone: q̄to fœliciora nostra tempora: quæ tam teterrimis monstris carēt si modo carent. Sed ne Martialis epigrāma fabulosum uideat: aut satyri mordacitas cōmētitia imperatoris ex libro ultimo codicis uerba ponam. Cum uir nubit in fœminam uiros parituram quid cupiat ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est id: quod non proficit scire? ubi uenus mutatur ī alteram formam? ubi amor quærit nec uidet? Iubemus insurgere leges armari iura gladio ultore: ut exquisitis pœnis dedant infames. Quod autem pædicator idem sit qui pædico docet Caluus in epigrammatis ita canens. Bithynnia quidquid et pædicator cæsaris usq; habuit. Tullius libro secundo de oratore utit hac dictione q̄uis ibi pro pædicatorem legeretur dedicatorem. Socrates approbabat amatores illos: qui animum amarent non corpus: talemq; fuisse amorem scribit eius in alcibiadem: cuius hæc uerba sunt in sympo sio. Neq; enim uenerius coitus id esse uidet: cuius gratia alter alterius consuetudine tantopere delectatur: aliud quiddam ē profecto: quod animus utriusq; cupit: nec exprimere ualet. Sed uaticinatur potius: et affectum insitum uestigiis significat obscuris. Prauus autem ē amator ille uulgaris: qui corpus magis q̄ animum amat. Nam cum primum corporis species: quam cupierat deflorescit / abit. nihil eorum: quæ promiserat seruans. bonorum uero morum amator per omnem uitam in amicitia perseuerat: ut pote qui rem stabilem sectabat. Autumat Plato amorem illum probandum esse: qui masculum respiciat fœminam spernens. Hic amor deinde quoniam sanctæ ueneris / pudicæque est

comes: et ipse petulantiæ omnis ē exps. Quo circa quicūq; amore hoc inspirati sunt genus masculum natura robustius: et generosius et mētis magis particeps diligūt. Quærit plutarchus an pueri cōmittēdi sint præceptoribus puerorum amore flagrantibus. Sed hæc nimis multa.

Ortygometram in Hieronymo legendū: et de ludo: cui nomen ortygocopus. Cap. liiii.

Ieronymum illum inquā Hieronymū eloquentiæ theologicæ fulmen coruscum quoties lectito uideor non uerba legere. sed audire tonitrua: præsertim quando cōminus clypeum hostis impellit: et instantis aduersarii gladium repellit. Sed di dexq; q̄to nitore peculiariter effulget et lucidissime coruscat i eo libro: q ē contra Iouinianum: q et si diurna noctuq; manu subinde excutiat a corruptela tamen non prorsus ē imunis. In libro. ii. eius inuectiuæ sic ubiq; codicum: quos ego uiderim: legi solet. Crassus populus ortygomoram scribitur ad choleram usq; ructasse. Corrigēdum duco ortygometram. Tangit. n. Hieronymus historiam notissimam deum summum: optimū: maximū auspicio fausto ducētem populum israhelinicū p deserta et auia loca cū cibaria deficerēt saturasse cothurnicibus ad sanietatē usq; expletū. Scimus. n. cothurnicē græcos ὄρτυγα nūcupare. Ortygometra uero ē maior cothurnix: et ueluti mater cæterarum unde nomē adepta ē. μήτηρ mater ē. Bononienses uulgo regē cothurnicū uocāt ortygometram. De hac meminit Plinius libro decimo. Aquilone ergo maxime uolant ortygometra duce: cū cothurnicibus uolare glottida tradit: cui a prælōga lingua nomē impositū ē. Digna scitu hæc quæ tradit Sudas. Ὀρτυγοκόπος. παιδιά τίς. hoc ē ortygocopus ē quidam ludus: in quo ponunt ortygas in gyro: et in caput feriunt: in quo gyro hi qui contingere potuerunt: cothurnicem accipiunt: illis autem qui tangere non potuerunt partes faciunt. Leges hoc in alcibiade. οὐκ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σε δεῖ ἀποβλέποντα τὸν ὀρτυγοκόπον· καὶ τοιούτους ἄλλους. Similiter in phædone. ὅτι πρὸς τοὺς τυχόντας ὁ ἀγὼν ἐστί. πρὸς δὲ τοὺς ἀρίστους, διόπερ οὐ ἐπιθυμητέον· μὴ δὲ ὀρτυγοκοπεῖν. μὴ δὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι: Plinius autor ē cēchrin: quam recentiores medici auem miliariam uocant: et cenchramum comitari cothurnices. Sunt qui miliariam pro cothurnice capiunt cum dissimilis sit aliquatenus. Nonnulli cothurnices negant esse illas aues: quæ uulgo qualeæ a sono dicuntur. quoniam isubres lingua uernacula cothurnices aues quasdam nuncupant: quæ cothurnicibus pluma quidem non sunt impares. Sed perdicibus magnitudine non ualde inferiores: quæ causa for

te quoſdam mouit ut querquædulas nuncuparēt has: quæ uulgo qualeæ dicuntur. Ferunt Herculem ſeruatum eē cibo ortygis unde græcum pro/uerbium. ὄρτυξ ἔσωσεν ἡρακλῆν τὸν κρατερόν. Cothurnicē Pompeius re/fert appellatam eē a ſono uocis.

Origo prouerbii apud eundem Hieronymum ex græco eruta.
Caput. L v.

Dem in ruffinum uſurpat hoc adagium. Manum pete/ris et pedē porrigis: quod ex græco iſto detortum ē: quod
ii quamuis paulo diſſimile ſit uerbis: ſentētiæ tamen con/gruit. ἄμμα ἀπῄτουν· οἱ δ᾽ ἀπαρνοῦντο σκάφας hoc ē ſar/culum petuntur: afferunt ſcapham. Dicitur hoc de his: q alia rogati: illis diuerſa ſe habere dicunt.

Diſputatum nunquid Hieronymus idonee ſatis expreſſerit pſalmo/graphi uerſiculum. Cap. L vi.

Salmographum mirari ſoleo tāquam os ipſum diuinum loquens: cuius uerba ſingula: ſi modo uim: pondus: aucto
p ritatē: ſuccum ſubnotamus: ſingulæ ſentētiæ ſūnt et clau/ſulæ. In ore eius ſi illam perſuadēdi deam habitare fatebi/mur: minus dicemus q̄ res eſt. Hinc Demoſthenem pri/marium dicendi artificem: Thucydidem: Ariſtidē: Iſocratem: æſchinē lo/ces meras eloquentiæ tubas et ſidera: Adde Homerum: et Maronem no/ſtrum: Eregione uero pſalmographum ſtatuas: uidebuntur raucedine la/borantes argutos inter olores anſeres inſtrepentes: et ut ait Maro: fiſtula fiſſili: miſerum diſperdere carmen: quod ſi uerum eſt ut uerum ē: Quan/to impenſius nos diuinius intonaret ſi non umbram pſalmographi uide/remus. Sed ipſum pſalmographum. Grauiter enim et docte trāſtulit hie/ronymus. ſed ut potuit: deeſt illa uenus: quam intertransferēdum amitti/mus: adde quod uerſibus hebraicis pſalmi illi ueri compoſiti ſunt: apud nos pedeſtri oratione ſurda: hiulca: iacente ſtrati ſunt. Vnū exemplum oſtendiſſe ſat eſt: quod his diebus dum ruri ociarer legi: non ſic impii: nō ſic: inquit pſalmographus: ſed tamquam puluis: quem proiicit uentus a facie terræ. Torſeram me diu huius carminis ueſtigabundus ſentētiam: cum non proficerem ſatis adii repente hominem hebræum doctiſſimū: qui admiratus Hieronymi aſperitatem negauit ſic in literis hebraicis ha/beri. Sed hoc pacto. Eſt enim integer uerſus. לא כן הך שעים כי אם כמץ אשר תך פנו רוח. Significat. hoc carmē: ſi uelimus uerba uerbis reddere. Nō ſic impii. ſed tāq̄ acus uel ſtipula quod ip̄m: uel quā ipſā p̄iicit uētus.

Illam dictionem hebraicam בעין : quæ significat acus barbare in editione Hieronymi uertit puluis cum id nō significet in hebræa lingua. Illud totum. A facie terræ: adiectitiū ē et supuacaneū. Quid igitur? Hieronymo ne trilingui: religionis antistiti: literarum thesauro: hebraicæ linguæ consultissimo: errorem hunc adscribemus? minime gentium. potius Fraterculis istis bardocucullatis: qui exptes bonarum literarū non intelligētes illam dictionem acus inspersi puluere inscitiæ noctuinos oculos ī sole caligantes puluerē substituerūt. Est igit psalmographi sensus hic. Impii cum bonis partē non habebūt. sed erunt instar aceris frumentacei: boni uero instar granorum: quæ uentus ab acere intereuētilandum discernit. Quæ differētia sit inter acus: paleā: et apludam ex Plinio disce libro duodeuigesimo ita loquēte. Et ipsa autē: quæ euannantur uariam pistu ratum rationē habēt. Acus uocat cum per se pinsitur. spica tantum aurifi cum ad usus. Si uero in area terit cum stipula: palea. Milii et panici et si famæ apludā uocāt purgamēta: Camoc dictionē iudaicam interptamur acus hebreis sic appellantibus minutissimā paleam: an uero minutissima palea capiatur pro acere uideris scrupulosiores: satis ē nobis nullo modo camoc posse pro puluere summi: neq; pro palea: Cass. n. proprie loquendo palea ē. Camoc: ut iudæi sentiunt: proprie latine dicit acus.

Demarchus et archon nomina magistratuum Sparthianus enucleatus. Caput. lvii.

Elius Sparthianus profundissima scatet eruditione nō sine sui temporis eloquentia. Is in uita diui Adriani sic scriptū reliqt. Fuit demarchus in patria sua: Athenis archon: quod demarchus populi pnceps dicat nos affatim docuimus in plautinis cōmentariis: supest ut explicemus qd significarit p illam uocem archon. Est enim summus magistratus archon athenis sicuti carthagini suffes: romæ dictator: qua nā ptāte polluerit docet Pompeius in emaculatis exemplaribus. Arcere est prohibere. Similiter ab arcet prohibet. Porcet quoq; dictum ab antiquis quasi porro arcet: et pro eo quod est continet ponit: unde et coercere cōtinere dicimus. Trahitur autem hoc uerbum a græcorum magistratu: quem illi archona uocant: in cuius potestate est cogere uel prohibere. Archon enumerabatur athenis inter thesmotetas hoc est legūm conditores: qui erant sex: inter hos archon. Rex: polemarchos hoc ē impator. Sed rex sedebat i loco qui uocabatur buccolæum. uel in prytanæo. Polemarchos uero in lycio. Archon quidem in thesmotesio: sic enim dicebatur locus ubi Thesmotetæ hoc est iuridici iudices sedebāt. Incidenter hoc disce græcos ἀρχαῖα

nuncupare capita carnium. Aristophanes i nube. αὐτοῖς τι καὶ τὰ ἀρχαῖα καὶ τὰ κοινότατα. Prouerbium memoratu dignum est apud Stephanum græcum scriptorem in hæc uerba. ἀρχὴ σκυρία ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων παρόσον ἐπίπεδος καὶ λυπρά. καὶ διὰ τοῦτο πενιχρὰ ἡ σκῦρος. hoc est, Dominatio scyria in tenues et nihil sumptuosum habētes inquantum saxosa: sterilis: et paupertima ē scyros. Hoc possis uti prouerbio cum significare uolueris cuipiam inhonoratam prouinciam demādatā esse. De hoc summo magistratu sic infit Trebellius Pollio. Galenus apud athenas archōn erat. i. summus magistratus.

De chiridotis enarratum uerbū capitolini. Cap. lviii.

Vlii Capitolini diligentissimi scriptoris ad hunc modū leguntur hæc uerba i uita pertinacis. Penulasq lacernias et chirodītas dalmatarū: et citratas militares: et bardiacos cucullos. Lego chiridotas dalmatarum. Sunt enim chiridotæ uestes manicatæ: quas Plautus innuit sic scribēs. Manuleatam tunicam habere hominem addecet: Latina uoce Plautus manuleatā tunicā dixit: quam nos promiscue græca chiridotā. Dicuntur aūt chiridotæ ἀπὸ τῶν χειρῶν hoc ē a manibus: quas ꝓmissiores habēt: de qbus Miro. Et tunicæ manicas: et habent redimicula mytræ. χειριδωτὸς χιτών. uestis ē chiridotus inquit Sudas leges alibi chiridas: eædem enim uestes sunt chirides. Dicunt autē chiridotæ dalmatarū uestes manicatæ sericæ infectæ colore: quo utebant dalmatæ: quē hodie dalmascū uocant: qbus uestibus indutus dalmaticatus appellatur. Lampridius in cōmodo Dalmaticatus in publicum processit: atq ita signum quadrigis emittendis dedit. De dalmaticis uestibus fit in decretis canonicis mētio distinctiōe uigesima tertia. Cōcedimus te et archidiaconū tuū dalmaticarum usu decorādos esse. Neuius in pedio. Mollicinam: crocotā: chiridotam: richam. Quin et manicatas uestes chiridotas uocari testatur pollux.

Qui sint eruscatores Vulcatius: Gelliusq explicati. Cap. lix.

Xtat quoq Auidii uita a Vulcatio gallicano scripta: ubi plus doctrinæ q̄ eloquentiæ reperies. Ibi sic scribit. Verus mihi de Auidio uerū scripserat quod cuperet imperare: audisse enim te arbitror quod æriscatores de eo denūciarēt: nisi opprimet opprimet. Scribo ærusc atores non ærispatores. Sic enim diuinaculos et ariolos dicunt: qui diuinādo æra colligūt: et corradunt: fallaciisq æs lucrant. Illud ē. n. ærusc are fallaciis æra colligere: qua furatrina callidissima arioli utunt. Pompeius autem de hoc uerbo

ita sonsit. Aeruscare æra undiq; .i. pecunias colligere. Est uulcatii sensus aruscatores hoc est ipsos diuinatores uerum protulisse sup uero impera tore. Hos aūt uocauit æruscatores usus uocabulo Gelliano. Verba Gellii libro .xiii. Disciplinā istam chaldeorū tantæ uenustatis nō eē q̄ntæ uideri nolunt: neq; eos principes eius i autoresq; eē: quos ipsi ferant. Sed id psti giatum offuciarūq; genus cōmētos esse homies eruscatores: et cibū quæ stuq; ex mēdaciis captantes. Multa etiam memini poetarum ueterū testi monia cōfirmare: quibus huiusmodi ambages fallaciosæ confutantur: ex qbus ē pacuuianum illud. Nihil inquit credo auguribus: q aures uerbis diuitāt alienas suas ut auro locupletēt domus. Hos sideralia uaticinia cap tātes mathematicos multi uocanr: q̄ recte uero ipsi uiderint. Cōuenit. n. hoc nomen alteri q̄ astrologo: ut paret sedulo lectori cōmentarionis ari stotelicæ. Imperator. n. Dioclytianus libro codicis ultimo mathematicam scientiam inqt eē dānabilē: et omnimodo interdictam. Paulopost Arusp pex: ariolus: mathematicus: aut narrādis somniis occultans artem aliquā si conuictus fuerit sit eculeo deditus: ungulisq; sulcantibus latera pferat pœnas dignas facinore proprio. Planetarios Augustus astrologos appel lat: quos Gellius chaldæos et genethliacos. Cōstantius imperator autore marcellino imodicus fuit diuinaculorum oium animaduersor. Nā si su per occentu soricis: uel occursu mustellæ uel similibus signis consuluisset quandoq; peritum: aut anile icantamētum ad leniedum adhibuisset do lorem: quod medicinæ quoq; admittit autoritas: reus unde non poterat opinari delatus raptusq; in iudiciū pœnaliter interibat.

De senaculo fœminarum Lampridii Codex restitutus. De emissa nis. Qui bene uasati: et monobeli. Cap. lx.

Abalus Imperator: cui postmodo heli. hoc est solis: ut serui us interpretatur: cognomen inditū ē: describit a lāpridio ui ro literatissimo: in cuius uita sic scriptum ē. Fecit et in col le qrinali senatulum .i. mulierum senatum: corrige senacu lum. Pompeius senaculū dici putat locū senatorū. Perce pimus pariter senaculum hoc est senatū paruū cōstituisse fœminas apud Romanos. Senacula tria fuisse romæ: i qbus senatus haberi solitus sit me moriæ reddidit Nicostratus i libro: q inscribit de senatu habendo: unum ubi nunc ē ædes concordiæ iter capitoliū et forum: i quo sedebant magi stratus de re publica cum senioribus deliberantes. Alterum ad portam ca penam. Tertium circū ædem bellonæ: in quo exterarum nationum lega tis: quos in urbem admittere nolebanr senatus dabat. Eiusdem hæc. Ro mæ deniq; nihil aliud egit nisi ut emissarios haberet: qui ei bene uasatos

perqrerent. Tu helium habuisse indagatores intellige: qui inuestigarent bene uasatos hoc ē egregie mētulatos: a qbus: uenia uerbo sit: inirēt: hos græca dictiōe paulū infra monobelos uocat a longo obelo. i. ueru: quod a similitudine pro mentula usurpat. Aristoteles obeliscolychniū lychnuchum uocitat hoc ē ligneolum sustētaculum lucernarū. Monobeli uocāt igit: q solo obelo hoc ē pene: propter teretem similitudinē conspiciendi sunt. Idem in uita cōmodi motionem æquo mētulatiorē describens ita inquit. Habuit et hominē pene prominentē ultra modū animalium: quem onon appellabat. Significat lampridius commodum habuisse in delitiis quendam prominulo pene hoc ē cauda salaci: quem uocabat ὄνον hoc ē asinū: nec mirū ergo si satyrus inquit. Bipedem sibi querit asellum. Aristoteles autor ē mutoniatos supra captū hois et fortē: steriles eē: quoniam semen p ꝑplyxū penē discurrēs deferbuit anteq̄ in locos muliebres: hoc ē i uuluæ acceptabula: recipiat.

Cucumam recognoscēdū esse in pollione: et capitia: ibiq; Plauti carmen retractatū. Cap. lxi.

Rebellius pollio in diuo Claudio enumerat cumacum cypream unam: ānulū bigēmeū: subarmale unū. Vocē adulterinam esse crediderim cumacū cū nullibi reperiat: substitui igit libet cucumam. Est. n. cucuma genus uasis: de quo Petronius arbiter inqt. Cucumam grādē foco apposuit. Martialis. Cucumam fecit otacilius. hypochorismos cucumæ ē cucumion. sed græca forma: nos cucumulam dicere nullus uetat. Miror Angelum politianum politissimum alioq̄ uirū scribere dumtaxat extare hæc cucumæ tria exempla: cum iurecōsultus digestis ad legē corneliam de sicariis cucumā in hac significatiōe ceperit. si claua: inqt Martianus: pcusserit aut cucuma: tamen non occidendi animo leniendam eius pœnam. In eodem paulopost hæc mēdosissime legunt: Bardocucullū unū: cucutia uillosa duo. Scimus. n. bardocucullū eē tegmen capitis uillosum: cuius usus translatus a populis galliæ: q dicunt bardi: de quo alibi fusius. Cæterum de cucutiis nūq̄ legi: quod mihi psuadet mendosam esse dictionē: corrigēdūq; eē capitia: quæ sunt capitis tegmina. Varro de uita patrū in quarto. Tunicas nec capitia: nec strophia: neq; zonas. Idē capitula uocat: hoc ē parua capitia. Obiter Plautinū id carmen iterptare ex curcullione. Vbi qd subripuere opto capitulo ubi capitulum pro paruo capitio summe. Græcorum. n. mos ē petasatos icedere.

Qui sint Druides gallorum codex uopisci emēdatus. Cap. lxii.

q Vantas et quã deformissimas in Flauio uopisco maculas inuenerim q possum dicere ? ex hac menda: quã subtexã exẽplũ capere poteris. Dicebat: inqt uopiscus: Aurelianus gallicanas consuluisse dryadas sciscitãtem utrũ apud eius posteros imperium permaneret: si ꝓmiscuæ lectioni sub/scribis interpretatio facillima est. ipsum Aurelianum consilium cepisse a nymphis gallicanis: quæ dicunt dryades ἀπὸ τῶν δρυῶν hoc ẽ quercubus qppe cũ querceta sint nymphis illis consecrata. Sunt autem querceta lo/ca quercubus consita: ut castaneta castaneis: coryleta corylis: citreta citre/is pomis: laureta lauro: fraxineta fraxino: et sic de reliqs. Amadryades ue/ro nymphæ uocitant: quæ cum quercubus gignunt: et moriunt. Lectio tamen elegantior ẽ hæc si scribis gallicanos druidas. Sũt enim druidæ gallorum magi hoc ẽ sapientes: de quibus multa Plinius: et Suetonius / ple/nius tamen Cæsar belli gallici cõmẽtario sexto: quæ scribit ille sunt hæc. Druidæ rebus diuinis intersunt: sacrificia publica ac priuata procurant: religiones interptant. Ad hos magnus adolescentum nũerus disciplinæ causa concurrit: magnoq; hi sunt apud eos honore. Nam fere de omni/bus controuersiis publicis priuatisq; constituunt: et si quod ẽ admissum facinus: si cædes facta: si de hereditate: de finibus controuersia ẽ: iidem discernunt: pmia pœnasq; cõstituunt. Si quis aut priuatus aut publicus eo/rũ decreto nõ stetit: sacrificiis interdicunt. hæc pœna apud eos est grauis/sima. Quibus ita ẽ iterdictũ: ii numero ipiorum ac sceleratorũ habent. iis oẽs decedũt: additũ sermonẽq; diffugiunt: ne quid ex contagione in/commodi accipiant: neq; his petentibus ius redditur: neq; honos ullus cõmunicatur. his autem omnibus druidibus pest unus: qui summam inter eos habet auctoritatem. hoc mortuo: aut si quis ex reliquis excellit di/gnitate succedit: aut si sunt plures pares; suffragio druidum. nõnũquam etiam de principatu armis contendunt. hi certo anni tempore in finibus carnutum: quæ regio totius galliæ media habetur: considunt in loco con/secrato. huc oẽs undiq; q cõtrouersias habent: cõueniũt: eorũq; iudiciis: decretisq; parent. Disciplina in britania repta: atq; inde in galliam translata esse existimat: et nunc qui diligentius eã rem cognoscere uolũt/ ple/rumq; illo discendi causa proficiscunt. Druides a bello abesse cõsuerunt neq; tributa una cum reliqs pendunt: militiæ uacationem: omniũq; rerũ habent imunitatem. tantis excitati præmiis: et sua sponte multi in disciplinam cõueniunt: et propinquis parentibusq; mittunt. magnum ibi numerum uersuum ediscere dicunt. Itaq; nõnulli ãnos uiginti i disciplina p/manent: neq; fas esse existimant ea literis mãdare cum in reliquis fere rebus publicis/ priuatisq; rõnibus græcis literis utant. In primis hoc uolunt

persuadere non interire animas. sed ab aliis post mortẽ transire ad alios: atq; hoc maxime ad uirtutem excitari putant metu mortis neglecto. multa præterea de sideribus: atq; eorũ motibus: de mundi ac terrarũ magnitudine: de rerũ natura: de deorum imortalium ui ac potestate disputant: et iuuentuti tradũt. Hæc curiose satis cæsar. Addit Plinius druydes dici a roboribus. λρῦς eñi græce quercus dicit. propterea dryides qdam uocare malunt: res leuis et parui momenti. y. n. in. u. uerti põt: addito a latinis. i. elemento. in dictionibus græcis peregrinitatẽ abhorrẽtes quãdoq; aliqd addimus. Nihil habẽt druides: ita suos appellant magos galli: uisco et arbore: in qua gignat: si modo sit robur: sacratius: omnia sanantẽ appellantes suo uocabulo. Erant apud gallos duo genera sacerdotum uaticinãtiũ Bardi scilicet et druides: de quibus sic heroice canit Arduus Lucanus.

Plurima securi fudistis carmina Bardi:
Et uos barbaricos ritus: moremq; sinistrum
Sacrorum druidæ positis repetistis ab armis.
Solis nosse deos et celi numina uobis:
Aut solis nescire datum est. nemora alta remotis
Incolitis lucis. uobis auctoribus umbræ
Non tacitas erebi sedes / ditisq; profundi
Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus
Orbe alio: longe cantãtis si cognita uitæ
Mors media ẽ: certe populi quos despicit arctos
Felices errore suo: quos ille timorum
Maximus haud urget lœthi metus: inde ruendi
In ferrum mens prona uiris: animæq; capaces
Mortis: et ignauum rediture parcere uitæ.

Mirũ ẽ druidas cæsarẽ ab armis excludere: Lucanum uero bellis iserere. Scribit Strabo passim apud omnes gallos eximio i honore haberi bardos: uaties: et druidas. Bardi laudationibus quidem ac rebus poeticis student. Vaties autem sacrificiorũ naturaliumq; causarum curæ dediti. Druidæ pter causarum studia moralem disciplinam exercent: iustissimi autem omnium opinione: cum priuata et publica iudicia eorũ fidei mandẽtur: ut rem antea bellicã iudicarẽt: capitis quoq; iudicia eorũ sentẽtiæ permittebant. lego tamen uetulã dryadem psciuisse diocletiano imperium cum aprũ interfecisset.

De Parisio urbe galliæ florentissima: et quod conditorem recognoscit Iulium Cæsarem. Caput. lxiii.

b Oetiũ seuerinũ multi hoc ẽ ois eruditorũ schola doctrinarũ oium columen: et seminariũ recte uocãt. Hic plurimis ingenii luminibus oiiugam uirtutẽ liuit: et artifici magisterio

cōpleuit.Sed ut nostra hoc ē poetica siue oratoria attingā:cætera.n. citra morosi stomachi fastidium gustari uix possunt. Ab illo didici primo ciuitatē illā celeberrimā:quā uulgo Parisiū uocāt a Iulio cæsare cōditam eē. Manifestarium certe ē hāc urbē musæo florētissimā:populo numerosissimā:oī dote conditiōis ciuilis ornatā nō minorē cæsare:qui supra omne fastigium euasit:posse nuncupare cōditorē.hic idem Iulius carthaginē instaurauit tāto cultu quāto postmodum floruisse docet Apuleius:Augustinus:et cæteri luculentissimi scriptores.Pausanias autor ē i corynthiacis Cæsarē corynthū a mūmio dirutā:et Carthaginē a Scipione colonias deduxisse.Beotii uerba sunt hæc.Multos discholos ut meminimus uisu pcepimus i ciuitate Iulii cæsaris:quæ Parisius dicebat.Si uero forte qppiam scioli īsurgēt:q hūc libellū Beotii non esse profiteant̄ ifelicis īgenii sunt. Redargunt̄ isti ipsius uoce et testimonio:quod hoc ē. Aristotelis quoq tota succincta breuitas licet uoce tediosa non tamen infructuosa. Malui enim potius fideli inseruire translationi q̄ arrogātiæ reprehendi temeritate.Quid enim Aristotelis lucida ueritate serenius?Architrenius poeta ingeniosissimus apud nos ē:non profanorū manibus tenet̄.Is luculenter et graphice hanc iuliam urbē:etiā per illa tēpora gymnasio florētem exornat his panegyricis uersibus.

Exoritur tandem locus altera regia phœbi
Parrisius:citræa uiris:chrysæa metallis:
Græca libris:inda studiis:romana poetis:
Attica philosophis.mundi rosa:balsamus orbis:
Sidonis ornatu:sua mensis:et sua potu:
Diues agris:fœcunda mero:mansueta colonis:
Messe ferax:inoperta rubis:nemorosa racemis:
Plena feris:fortis domino:pia regibus:aura
Dulcis:amœna situ:bona quolibet:omne uenustum:
Oē bonū:si sola bōis fortūa faueret.

Parrisius siue parrisii ciuitas hæc dicit̄. quōiā fuit culta a parrisiis populis galliæ:de qbus post cæteros mētionē facit cæsar i cōmētariis. qdā augustū tamē uolūt carthaginē istaurasse. Quid sit molere et pmolere Boetii codex emēdatus. Cap. lxiiii.

Vm idē Seuerinus sanitatis pcepta inferius traderet subiecit hæc uerba.Phlegmaticus uenereo accessu mensurnus pmolliri deberet:in priscis exemplaribus scriptum ē pmolere deberet:quæ lectio Boetii doctrinæ par est et assimilis turpitudinē rei uerbis subobscuris uellanti. Significat.n. pmolere inire:et subagitare:aggrediq rē uenereā.Ausonius.Deglubit:fellat:molit̄ p utrāq cauernā.Idē.Cū dabit uxori molitor tuus:et tibi a

dulter. Quātū dep̄hēsi dāna pudoris emūt. Molitorē nāq; ab hoc uerbo fututorē dicit Ausonius. Molere trahi ad hanc pudēdā significātiā reor: quod rota molendaria rotam terendo conterit. Alibi Ausonius.

Tu grauius metuas nihil eunome: dixi ego et omnes :

Diceris hāc mediā lābere nō molere. Plautus in Casina. Colloco: fulcio: molo qua senex nup. Cū Boetius admōet grauedinosum scholasticū hoc ē phlegmaticū deberi admoueri ueneri loqt̄ ex p̄scripto naturali. Coitus eni maxīe phlegmaticos leuat. Sniæ Beotii astipulatur Aristoteles libro quarto problematon. Cur uenus īmodica morbis pituitæ nonnullis com moda est. An quoniam excrementi quidam excursus est: ita ut multum uacantis materiæ cum semine detrahi possit. Pituitam autem excremen-tum esse nulli dubium est. Obiter hoc disce melancholicos esse maxime libidinosos. quoniam spiritu redundant. Semen autē excursus spiritus ē. Ergo quibus id ipsum amplificatum : hos sæpe purgari appetere neces-se ē: sic enim efficit ut leniant. Mensurnus uero in Boetio exponi debet spatio unius mēsis: deflectit ea forma qua diurnus.

Hyperberetæum mēsem esse octobrem: Nomina græcorum mēsiū. ægyptiorū: et hebræorum Decretū canonicū emēdatū. Cap. lxv.

N decretis canonicis distinctiōe uigesima septima hæc uerba leguntur. Secūdum uero concilium idibus octobris habea-
i tur: qui dies apud græcos hyp̄biti mēsis decimus iuenit. Emē do hyp̄beretæi: de quo in Suda græco grāmatico talia lego. ὑπερβερεταῖος μὴν κατὰ μακεδόνας ὁ ὀκτώβριος· καὶ παροιμία· ὑπερβερεταῖος· ἐπὶ τῶν ὑπερχρονίων εἴρηται παρὰ τοῖς μακεδόσιν ὁ τελευταῖος μὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὑπερβερεταῖος ἀνέγραφη hoc ē. hyperberetæus mensis apud macedonas october ē: unde prouerbiū hyperberetæus. de longæuis dicitur: qd̄ ultimus mensis anni dicit̄ eē hyperberetæus apud macedonas. Sed cum nouerim diuerticula recondita eruditione scatentia non minus ab eloquētiæ candidatis affectari ponere collibuit nomina græcorum mē-sium cū latinis: quæ res non minimum cōpendium utriusq; linguæ cupi-dis affeclis afferet. Sunt igit̄ duodecim mēses græci ut latini. Est mensis Munychion: qui a nobis Martius appellat̄. Aprilis Targilion: quem qui-dam græcorum antisterion appellarunt a copia florum: qui eo mense lu xuriant. Scirrhaphorion maius. December posideon. September mæmac terion. Iunius hecatombeon. Iulius metagitnion. Februarius elapheboli-on. Augustus boedromion. October hyperberetæus: Addunt nonnulli Gameliona recte et Pyanepsiona: quos latini nouembrē et Ianuarium: de qbus lege: quæ profunde rimat̄ Theodorus Gaza in grāmatica sua. Egyptii quoq; mēses suos obseruarunt uariis dictionibus prænotatos.

Sūt.n.his noibus p̄diti.Thoth.Phaothi.Athyr.Choeac.Tybi.Mechir. Phamenoth.Pharmuthi.Auanthenta.Payni.Epephi.Mesori.Inmense Thoth falcem racemis summittunt in uindemia.In Phaothi isidias aui/bus moliunt̄.In tertio hoc est Athyr pleiades hymbricæ exoriunt̄.Cho/eac ostēdit generationē spicarū semente obrutarū.Tybi quatit purpureā uestē uites ferentē hoc ē uer ostēdit floricomū.Mechyr ostendit nauiga/tionis tempestiuitatē.Phamenoth accōmodus ē ad bella martia. Verna/rum Pharmuthi rosarū prænūcius ē.Incisas auanthenta falcibus messes custodit.Fructuosi payni nūcius ē autūni. Videmia capit̄ i mēse epephi. Mesori nili genitiuā aquam ferre consueuit.Versus græci:q̄bus uires ho/rum mēsium describuntur hi sunt.

πρῶτος θὼθ ἐλάει δρεπάνην ἐπιβότρυν ἐγείρειν.
ἰχθυβόλους τῖ Φαωφὶ φέρει παλάμιον ἄγρην
πληιάδων φαίνουσαν ἀθὺρ τεκμαίρεται ὥρην.
χοιάκ. σπειρομένων σταχύων δείκνυσι γενέθλην.
τυβὶ δὲ πορφύρεον βουληφόροισι εἷμα τιταίνει.
ξεμαίνει πλωτῆρσι μεχεὶρ πλόον ἀμφιπολεύειν.
ἄρεος ὅπλα φέρειν φαμενὼθ δείκνυσι μαχηταῖς.
εἰαρινῶν Φαρμουθὶ ῥόδων προάγγελός ἐστι.
λήια δὲ αὐανθέντα παχὼν δρεπάνοισι φυλάσσει.
εὐκάρπου δὲ παϋνὶ προάγγελος ἐστὶν ὀπώρας.
καὶ σταφυλὴν κατέχων ἐνὰ μπελός ἐστιν ἐπιφί.
καὶ μεσορὶ, νείλοιο φέρει φυτίζοον ὕδωρ. Hebræi habent hos menses sic appellatos.

תשרי מרחשן כסליו טבת שבט אדר ניסן איר סיון תמח אב אלול

Sic latine sonant.Tysiri.Marchasuan.Ghisileu. Teuer. Seuat.Adar.Nisan.Egiar.Siuan.Tamus.Au.Elul.

Quatuor esse in cælo cardines:quibus nominibus appellētur: Augu/stinus enarratus. Cap.lxvi.

a Vgustinus libro quīto de ciuitate dei scribit hæc:quæ sub iecimus.Deinde quæro si tāta distantia est temporis in na/tiuitate geminorum ut per hāc oporteat eis constellatiōes fieri diuersas propter diuersum horoscopum:et ob hoc di uersos eē cardines ubi tāta uis ponit̄ ut hic ēt diuersa sint fata.Audiui q̄plures dubitare:q sint illi cardies cæli:de q̄bus meminit Au gustinus.Cōpi ex diutina lectiōe cardines ī cælo quatuor eē:ascēdēs: dia/metralis irradiatio:imū cæli:mediū cæli.sic.n.nōnulli uolūt.Mālius horo scopū lib.iii.uocat ortiuū cardinē.Est certe necessū ut cuiuscūq; nascētis horoscopus sit ī uno horū cardinū.Sed exactius et plenius de cardinibus

iis meminit firmicus libro primo mathefeos. In genituris cardines funt fcilicet ortus: occafus: mediũ cæli: et imũ cæli: quæ loca a græcis folent appellari noĩbus his. Anatole: Clifis: Mefuranũ: orogeon. ortus ẽ pars horofcopi pofita: qđ a græcis diametrũ diticon dicit: qđ ut facilius itelligas a pte horofcopi cõputa p cætera figna p. clxxx. et ĩ quocũq; figno. lxxxi. fuerit iuenta ĩ ipfo figno uel pte genituræ cõftituit occafus. Mediũ uero cælũ ẽ ab horofcopo. io. fignũ. Sed iterdũ. M. C. ẽt in. i i. horofcopi figno ptiliter iuenit. Imũ cæli græci mõ orogeon hoc ẽ terminũ terreftrẽ: mõ hypogeon appellãt. legebat. n. ppetã ĩ materno aurogeon ꝓ orogeon. Hi funt geniturarũ ac decretorũ cardines: quos diligẽti femp debemus ratiõe colligere: ut oẽm fubftãtiã facti uerifſimis ꝓnũciatiõibus explicemus. Neceffe ẽ ut auguftini uerba pcipias femp horofcopũ eẽ ĩ aliquo ex quatuor his locis: cũ fuerit ĩ ortu hic uita hoĩum et fpiritus pẽdet: et ex hoc loco totius genituræ fũdamẽta nofcunt. Eft aũt cardo primus et totius genituræ compago atq; fuba. ex fecũdo cardĩe fpei ac poffeffiõis icrementa nofcunt. Eft aũt piger locus ab horofcopo alienus: iõ ĩferna appellat porta: qđ nulla cũ radiatiõe cõiungit. ex tertio loco de fratribus et de amicis cũcta dicemus. Huic loco dea nomẽ ẽ. Eft aũt pegrinitatis locus hic primus. cũ horofcopo tenui focietate cõiũgit. refpicere. n. horofcopũ de exagono uidet. ex quarto loco oftẽdũt nobis parẽtes: patrimoniũ: fubftãtia: fundamẽta mobilia: et quĩdqd ad latẽtes et repofitas patrimonii ptinet facultates. Eft aũt hic genituræ cardo. Imũ cælũ aut iõ dicit qđ ĩ diametro medii cæli cõftituit. Sed hic locus cũ horofcopo maxima focietate cõiungit. qa de quadratõ horofcopũ refpicit: et p quadratũ ab horofcopo uidet. Cardĩes appellant hæc loca qđ illis oĩs mundus initit. Hos nõ tacuit Mãlius aftronomicus: cuius ex fecũdo libro uerba funt hæc.

Ergo age nofcendis animum compone fagacem
Cardinibus: qui per mundum funt quattuor omnes
Difpofiti femper: mutantq; uolantia figna.
Vnus ab exortu cæli nafcẽtis in orbem
Qua primum terras æquali limite creuit.
Alter ab aduerfa refpondens ætheris ora
Vnde fugit mundus: præcepfq; in tartara tendit.
Tertius excelfi fignat ueftigia cæli:
Quo defeffus eqs phœbus fubfiftit habenis:
Declinatq; diem: mediafq; examinat undas.
Ima tenet quartus fundato nobilis orbe:
In quo principium eft reditus: finifq; cadendi
Sideribus: pariterq; occafus cernit et ortus.

Hæc loca præcipuas uires: summosq; per artem
Fatorum effectus referunt: quod totus in illis
Nititur æthereis ueluti compagibus orbis.
Quæ nisi perpetuis alterna sorte uolantem
Cursibus excipiant: nectantq; in uincula bina
Per latera, atq; imum templi: summumq; cacumen
Dissociata fluat resoluto machina mundo.

Macco uetulam delirātem fuisse: unde fluxit in deliros græcū prouerbium μακκοᾷ Lucianus explicatus. Cap. lxvii.

Lucianus samosateus: quem Lactantius maximus religionis nostræ propugnator asserit nec dis nec hoībus pepcisse: omni atticismi uenere redūdat, præsertim in eo dialogo reconditarum uocum cognitiōe prope congestitia referto: cui titulus ē lexiphanes: causam nois autumo quod ille antiquarius, q̃ carpit: ī dictiōibus dumtaxāt apparebat: sniam præ uocum lepore cōtemnens. Possemus tamen existimare uocatum alexiphanen eē, quod defensionem suam sitam in ꝑtextu uocabulorū desitorum putabat. Sed hoc ad iudiciū legētiū referimus. In eo dialogo sic scriptum reliq̃t. ἀλλ' οὑτοσὶ λυκῖνος ὃς περιφανῶς μακκοᾷ. Vsurpat Lucianus μακκοᾷ ꝓ eo quod latine dicimus delirat: desipit: ieptit: nugat. Deflexio uerbi numero platonis ē obscurior. Cæterū uerbū deductum ē ab anicula Macco ꝑdelira et insana: sicuti quoq; delıratiōe apud græcos celebrata ē Lēmo hoc ē λαιμῷ. Lucianus hoc uerbū sūpsit ex Aristophane: apd̄ quē μακκοᾷ ꝓ ἀνοηταίνει hoc ē ineptire ponit. Verba Aristophanis posui. τὸ τοῦ λίμου πρόσωπον μακκοᾷ καθήμενον· καὶ μὴ μακκοακότα· ἀντὶ τοῦ ἀνοηταίνοντα. Fultus hac autoritate Luciani et Aristophanis nihil imuto ī codice Lucii Apulei ī oratiōe secūdi apologetici. Quæ scripsit Apuleius sunt hæc. Oēs isti quos noīaui: et si q̃ ꝑterea fuerūt dolo memorādi si cū hac una ruffini fallacia contēdant: macci prorsus et buccones reperiant. Ego maccos desipiētes iterꝑtor ab hac uetula macco delira. Maccū ꝓ fatuo poni docet libro tertio Diomedes: q̃ in atellanis ridiculis fabulis tradit maccos iseri: ubi delıritate risum excitātes ꝑsonas iterꝑtare qualis fuit macco uetula. Nec me ꝑterit quospiā fuisse: q̃ mathos in Apuleio legant ducti fortassis hac auctoritate q̄d græce μάταιος uanus dicit. Sed hi ueræ etymologiæ exptes sunt. Legi tamē ī ꝓuerbiis græcis Acco nomē fuisse uetulæ īsanæ. ꝓpterea ī desipiētes dicebat acco: ab acco uidelicet fœmina īsania celebri: quā ferūt cōsuetā comere se ad speculū a quo ut ab altero comprobaret unde ἀκκίζεσθαι pro desipere ab ipsa inoleuit.

De Camo uinculo colli psalmographus et Ambrosius enarrati. Caput. lxviii.

a Mbrosius libro sexto hexaemeron usurpat uerbum usitatissimum. Sed a paucis etymologice cognitũ. Nolite: iquit Ambrosius: fieri sicut equus et mulus: in qbus nõ est itellectus: aut si te edacitas eq itẽpãtiaq; delectat: et hinire ad fœminas uoluptati ẽ: delectet ĩ freno maxillas tuas: camoq; cõstringi. Camũ dixit Ambrosius itelligere uolẽs uicũlũ queadmodũ utunt̃ i sacris literis. Propterea psalmographus ait. ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. In camo et freno uertit hieronymus maxillas eorum cõstrige: q nõ approximẽt ad te. κημὸς spẽs freni apud hephimũ eo uersu. κέντρα διωξικέλευθα φιλοξένου τε τοῦ κημός. κημὸς ẽt significat cõtextũ figuræ coni: quod istar calculi iudices iaciebãt in cadũ. Aristophanes. καθιστάναι τοῖς κημοῖς δὲ. significat et hoc equorũ retinaculũ: et muliebre ornamẽtũ. Est genus tibiæ: pabuli: et lilii: et quædã herba. Est et mechanicũ instrumentũ igniferũ. Latini utunt̃ qdẽ hac dictiõe. Sed cũ modulatior uox ita futura sit camũ nõ cemũ uerterũt. Idẽ obseruantes in uoce ζήμια: quæ dispẽdium significat. Plautus nõ zemiã dicit. sed zamiã. η. n. decẽter in. a. cõuertit. Sed et pollux in capite περὶ ἵππων de camo sic meminit. κημὸς καλεῖται τὸ δὲ παρὰ τὸ γένειον διηρημένον.

Quæ sit auis pia: exẽplũ ciconiæ memoratu dignũ idem apertus Ambrosius. Cap. lxix.

f Vbdit paulopost idem Ambrosius. Nouit hirundo quando ueniat/ quãdo reuertat̃. Nouit ẽt pia auis ãnũciare aduẽtus sui testimonio ueris initiũ. Existimo p auẽ piã significari ciconiam: quæ hoc tãq peculiari cognomẽto donat̃ quoniã parẽtes suos iã uiribus destitutos alit et baiulat. Hæc appetẽte uere regredit̃. unde exiit illud Marõianũ. Cũ uere tepẽti cãdida uenit auis lõgis inuisa colubris. Sũt. n. duæ spẽs auiũ. Enchoriæ scilicet hoc ẽ regiõales et alienigenæ. Inter alienigenas numerant̃ hirundines et ciconiæ: quæ abeũt hyeme appetẽte. Sed æstate redeũt. In tãtũ pia ẽ hæc auis ut pietatis nouũ apud græcos cognomẽtũ assumpserit. Aurea pcepta Ambrosii libro qnto hexaemeron sup huius auis pietate loquẽtis nõ pigeat audire. Aues nõ erubescunt reuerendi senis membra portare. Est. n. uectura pietatis: quod eousq; frequenti testificatiõe percrebuit: ut cõgrue mercedẽ remuneratiõis iuenerit. Nã romãorũ usu pia auis uocat̃: et qd uix uni patoti cõsulto senatus delatũ dicit̃: hoc istæ aues i cõmune meruerũt. Pios. n. filios patrũ prius oportuit iudicio pdicari. habẽt ẽt uniuersorũ suffragia.

Nam retributio beneficiorum ἀντιπελάργωσις noiat. πελαργὸς .n. ciconia dicit. Virtus itaq; ab his nomen accepit cum relatio gratiarũ ciconix uocabulo nũcupetur. Ante nos hæc uerba græca desiderabant in codicibus Ambrosii promiscuis: quæ restitui ita debent. Sic scriptum ẽ in græcis puerbiis. Ἀντιπελαργεῖν ἐπὶ τῶν τὰς χάριτας ἀνταποδιδόντων· οἱ γὰρ πελαργοὶ γηράσαντας τοὺς γονεῖς τρέφουσι. καὶ μὴ δυναμένους ἵπτασθαι φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων. Latina sic fecimus. Redhostire siue retribuere. Dicitur de his q retribuunt gratiã. Dicunt.n. ciconix senescentes genitores nutrire: illosq; ad uolatum nõ sufficientes: sue collare: humerisq; propriis defferre.

De Nemesi ultrici dea intellexisse Senecam in tragœdiis. Obiter poetæ carmen de Adrastæa explicatum. Cap. lxx.

Vos Senecas Romæ floruisse docuimus martialis autoritate cum per plautinum mare uelificaremus: Alter sententiosus ille: quem traditione pollere Beotius autumat: ptit exectis iussu Neronis uenis. Orchestram quatit alter Euripidis ut sidonius ait. hic alter Seneca q tragœdiam curat continenti lectione excutit: Nullus tamen extat: de latinis loquor autoribus: q pluribus non neuis. sed gangrenis et carcinomatibus occupetur. Nunc in Romana ligua erratum attingam ne nimis isulsi illius enarratores se græcas literas nescire excusent. Est i tragœdia hercule huiusmodi uersiculus prolatus ab Alcmena sic tyrãnum lycum icrepante.

Dominare tumidus. spiritus altos gere:

Seqtur superbos ultos a tergo deus. Quis non uidet esse manifestũ mendũ in .ii. carmine. Quin potius legendum censeo. Seqt superbos ultor a tergo deus. Concinitet Seneca deum ultorem Nemesim uocat: quæ dea: ut tradit Plinius noster: latinum nomen non inuenit. Illam commẽti sunt poetæ solitam esse superbos et superbiloquentes punire. Huic cõuenit illud Ouidianum. Exiget at meritas ultrix rhamnusia pœnas. Rhãnusiam ergo Naso consimili huic annei Senecæ epitheto uocat ultricẽ. Vocata uero ẽ rhãnusia: quoniam in rhamnete uico attico colebat. Idẽ libro ultimo metamorphoseos.

Vltoresq; deos: et pectora dura posam

Idaliam: memoremq; time rhamnusidis iram. Hunc ultorem deum amatoriis rebus superbia quadam renunciantes punientem Tibullus ita significauit. Hic iuuenis quondam miseros ludebat amantes Nescius ultorem post caput esse deum: Ex qbus Tibulli lepidissimi poetæ uersibus Senecam hoc protulisse contenderim. Nec obstant Nemesim deum uo

casse: quod uel exemplo græcorum poetarum fecit: apud quos θεὸς deū deamq; indiscriminatim significat. Vel quod intima pditus eruditione Seneca Maronis imitatiōe deum ultorem pro deam ultricem ponit. Maro namq; cum alecto attingeret ait. Nec dextræ erranti deus abfuit: et sicuti tradit Seruius. Di sunt ἀρσενικῶς hoc est mares et fœmiæ. Est igitur hic poetæ sensus Lycum admonētis impotentiam infringeret: spiritus altos deprimeret. quoniam a tergo deus est puniens illos: qui superbia ceci et elati humana diuinaq; contēpserunt. Quid si transferas hoc ad metanoean Ausonii: quæ præcedentes miseros flagello subinde repercutit? tanq̄ Lycus uirtutem uidens: eamq; relinquens falsæ gloriæ sititor: ueræ spretor: sit expectaturus resipiscentiam siue metanoeam: qua admonitus sero sapiēs intabescet quod oblatam uirtutem spreuerit: et tortorem deum humeros sequentem patietur. hoc addamus quoniā de nemesi mētio facta ē quod traditur a pausania. A marathone stadiis sexaginta litorali uia ad oropum euntibus rhamnes deccurrit. domicilia incolarum ad mare posita sunt. paulo inter continētem nemesis fanum est: quæ supra cæteros deos aduersus superbos inexorabilis est: ut barbaris quoq; qui in marathona uenerunt huius anus ira multum obstitisse uideatur: quare: ex græco tamen Ausonius inquit. Punio sic persas uaniloquos nemesis. Nam athenarum opes aduersus se contemnentes iam tunc marmor parium acceperunt: quod ad tropæum erigēdum uehebant: id marmor phidias exciderat in deæ statuam. eius corona capiti apposita est: qua et cerui et fortunæ parua insignia continētur. In manuum altera ramus fraxineus: in dextera phiala: in qua æthiopes effictι: cuius rei causam neq; ego coniectura per me assequi potui: neq; eorum opinio: qui se id scire putāt mihi probabilis uisa est. Aiunt enim æthiopas in phiala insculptos fuisse propter oceanum fluuium: ad quem æthiopes inhabitent: nemesin uero oceani filiam esse. Prouerbium græcum ἐρραμνουσία νέμεσις. In rhamnonte nemesis dicata statua est decem cubitorum ex solido lapide: opus phidiæ. habet enim in manibus mali ramum. Dicitur et prouerbialiter attice. Ἀδράστεια νέμεσις: De his proferunt qui prius fortunati fuerunt: postea infortunati. nemesis adrastæa. Eteocles enim et polynices post obitum patris oedipodos regnum thoebanum sortiti sunt uicissim ut alternatim regnarēt: quod cum primum contigisset ethēocli et nolente fratri regnum restituere: fugit polynices ad adrastum regem argiuum. Adrastus huic filiam denupsit: huius contemplatione expeditionem parauit ī thoebanos: ex quo bello post cæterorum procerum: quos secum duxerat interitū: solus fugit adrastus: ab hac historia Nemesis adrastæa dcā. quoniam cinctum tot regibus secum ad diruendas thoebas proficiscentibus

k

adrastum spoliauit: et solum fugere compulit: nec mirum igitur si adrasti pallentem imaginem Maro libro sexto dictitauit: fugæ enim comes ē pallor. Poeta in quodam opusculo quod inscribitur Cyris: iustitiam punientem malos hoc ē nemesim simpliciter uocauit adrastæam. Poetæ carmen hoc ē. Vt scelere ifando qđ nec sinit adrastæa ledere utrūq; uno studeas errore parētē. De hac Diodorus sic meminit. ἀδρίστειά τε δῖα καὶ ἰχναίη σὲ φυλάσσοι παρθένος ἡ πολλοὺς ψευσαμένη νέμεσις: hoc ē adrastæa diuinaq; et pedisequa te custodiat uirgo multos decipiēs nemesis. plotinus i tertia eneade tradit ieuitabilē ptātē legū diuinarū eē adrastæā.

Multa mēdose scripta in pediano suo nitori restituta. Quid sit Neoterice. Atellanæ fabulæ. Quæ sit uox assa. Cap. lxxi.

P Edianus Asconius ciceronianas orationes interpretatus ē summo uerborum nitore: doctrinaq; recōdita. In diuinatione prima sic scriptum ē. Vt oculis iudicare possitis hoc quod leuiter a Cicerone dictum et necterice putant. Sed aptum ē asseuerationi. Profiteor ac præmefero ignorare quid significet illud uerbum necterice: nisi a nectēdo noue ptulisset: qđ tamen non puto: proinde neoterice lego ut sit aduerbium a dictiōe græca neotericos: qua nouus et recētior significaꝉ. neoterice dicere ē more recētiorum non docte: non exculte: non exacte. ut antiqui et consequēter grauiores solēt. Sed ut recētiores: quos uulgūs modernos appellat: qui nō accedūt ad priscorum tubam: iuxta illam Plauti celebrē sentētiam. Nāq; tunc flos poetarum fuit: qui omnes abierunt hinc in communem locū. Nam nunc nouæ: quæ prodeunt comoediæ multo sunt peiores q̄ nummi noui. Eiusdem non multo post haud quaquam minus maculosum ē exemplar. Actoribus græcis palliatarum scilicet fabularum. in his enim et si latinæ sunt græca omnia seruanꝉ. Nam latinæ fabulæ p pauciores agebanꝉ psonas ut antellianæ: togatæ: et huiusmodi aliæ. In his posterioribus uerbis: meo quidem iudicio: menda non mediocris apparet: quāobrem non antellianæ: quæ dictio nullius significatus ē. sed atellanæ scribēdum: qua uoce comœdiæ significanꝉ: quæ uocantur attellanæ: de quibꝰ hæc Diomedes grāmaticus libro tertio. Tertia spēs ē fabularum latinarum: quæ a ciuitate oscorum atella: in qua primum ceptæ atellanæ dictæ sunt: argumentis dictisq; iocularibus similes satyricis fabulis græcis. Idem Asconius paulopost. Quibus se in classe uti uelle dicebat Cani remigibꝰ celum ac p simphoniacos solebat et p assam uocem idest ore prolatam. Semper Pedianum grauissimum autorem ratus sum: et cuius autoritati maxime acquiescerem: uerum in hoc dumtaxat Pompeius eruditius interpretamētum afferre uideri potest: qui assa cantus tibiarum dici putat

sensu. M. Tullio conuenientiore. quoniam remigum cantus: et sympho/
niacos praeposuerat. Quod siquis eruditissimum uirum pedianum defen
dere nitatur exponat Pedianum p:ore prolatam:itelligere solam uocem:
quae tibiis: quae nullis concentibus e imixta. Assa:iqt Marcellus: uoce sol
la uoce linguae tantumodo aut uocis humanae non admixtis aliis musicis
esse uoluerunt. Varro de uita patrum libro. ii. In conuiuiis pueri mode/
sti ut cantarent carmina antiqua: in quibus laudes erant maiorum: et assa
uoce: et contubicinae. Item Cato de liberis educandis. Melos altum in cā/
tibus et bipartitum unum: quod e i assa uoce: alterum quod uocant orga
nicon. Colligo ex his Catonis assam uocē dici: quae ore pronunciat quo/
uis modo: cum organicon dicat alterum genus: in quo aliquod musicum
instrumētū adhibebant. Haec sententia Catonis me pediano conciliauit.
Subdit Marcellus. Assum extimandū e in opsoniis sine pigmēto saporis
alieni quēadmodum merū dicit solū.

Quae sit alea legibus uetita apud Oratiū. Cap. lxxii.

Ratii numerosum poema omni prorsus gratia scatet: et illā transmarinā uenerē penitus exscribit: lepor grauitati mistus: suauiloquētia grauitati uno ueluti facto cuneo te subito circūlatrabunt: lyricaq; mulcedo ita te deliniet: ut cū huic litori circaeo appelles necesse sit apd' illud uelut a/
pud sirenios scopulos consenescere. Inter dulces. sed et morales eius uer/
sus hos semp enumeraui.

Nescit equo rudis
Haerere ingenuus puer
Venariq; timet ludere doctior:
Seu graeco iubeas trocho:
Seu malis uetita legibus alea.

Irascit ibi Flaccus Romanos omisso mi
litaris e xercitii studio ad graecos ineptos: luxuriososq; lusus transisse. Ve
rum ut pflius intelligas oratiana uerba / Romanos quosdam ludos phi/
buisse scire debes ut pote dānosos: reiq; familiari graues: quosdā uero: ut
pote leues facilesq; indulgēter pmisisse animi gratia. Hoc manifestum e
testimonio trāqlli: q octauiū caesarē morū cēsorē integerrimū: refert libē/
ter et idētidē lusitasse. Sed u sum ludo faciliori: et urbaniori. Erāt .n. id tē
poris ludi execrabiles et detestādi: in quos tāq; patrimoniorū pestes/ leges
armabant: Genera ludorū/ qbus uti liceret his uerbis impator exeqt i co
dice. Alearū usus antiqua res e: et extra opas pugnatoribus cōcessa. Verū
pro tēpore prodiit extranearū multa nationū suscipiēs. Quidā .n. nec lu/
dētes: nec ludū sciētes. Sed numeratiōe tātū pprias substātias pdiderunt:
die noctuq; ludēdo argēto/ appatu/ lapidibus et auro. Cōsequēter aūt ex

hac inordinatiōe blasphemare deum conaſ:et instrumēta conficiunt. Cō modis aūt subiectorum prospiciētes hac generali lege decernimus:ut nul li liceat in publicis uel priuatis domibus ludere neq; inspicere:et si contra factum sit nulla sequaſ condēnatio. sed solutum reddaſ. Subdit. Deinde uero ordinent qnq; ludos commolen: Idolomenon :rhindalcha:Cyron et ecpyrusam:Sed nec permittimus etiam ludere in his ultra unum soli/dum etiam si multum diues sit. Sensus igiſ ē Oratii mores ita deluxatos esse a prisco robore ut spta militia:quæ populo Romano imperium pro pagauit ludere tantum uelit ludos græcos / et infames quoq;:legibus ue titos:non contētus ludis:quos concedunt leges. Theodoricus Getarum Rex non minus q̃ augustus ludo delectabaſ:super qua re Sidonius hæc graphice conscribit. Quibus horis uiro tabula cordi est / thesseras colli/git rapide:inspicit sollicite:uoluit argute:mittit instanter: ioculanter cō/pellat:patienter expectat:in bonis iactibus tacet: in malis ridet: in neu/tris irascitur:in utrisq; philosophatur:secundas fastidit uel timere uel fa cere:quarum opportunitates spernit oblatas:transit oppositas:sine motu euaditur:sine colludio euadit. Putes illum et in calculis arma tractare. So la ē illi cura uincēdi. Cum ludēdum ē regiam sequestrat tantisper seueri/tatem. hortaſ ad ludum:libertatem:communionēq;. Dicam quod sen/tio:timet timeri. Deniq; oblectatur commotione superati:et tunc demū sibi cessisse collegam credit cum fidem fecerit uictoriæ suæ bilis aliena. Quodq; mirere sæpe illa lætitia minimis occasionibus ueniens ingētium negociorum merita fortunat. Tunc petitionibus diu ante per patrono/rum naufragia iactatis absolutionis subitæ portus apeſ. Tūc ego etiam aliquid obsecraturus feliciter uincor: quando adhoc mihi tabula pit ut causa saluet. Infigenda penitissimis medullis præcepta Nasonis sunt libro tertio de arte amādi.

Sed minimus labor ē sapienter iactibus uti/
Maius opus mores composuisse suos:
Tunc sumus incauti:studioq; apimur in ipso
Nudaq; p lusus pectora nostra patēt.
Ira subit deforme malum:lucriq; cupido:
Iurgiaq; et rixæ: sollicitusq; dolor.
Crimina dicunſ:resonat clamoribus æther.
Inuocat iratos et sibi quisq; deos.

Tempora sua carpit Oratius:qui/bus uetita legibus erat alea. Sed leges nō exercebanſ. Cōsimile illud plau tinum his nostris accedit ex fabula trinūmo. Mores leges pduxerūt iā in ptātē suā:Magis qs sunt obnoxii q̃ parētes liberis:hæ miseræ ēt ad parietē sunt fixæ clauis ferreis ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

De Protagora et euathlo: Tisia et corace locus Quintiliani aptus: et origo cuiusdã græci puerbii expssa. Cap. lxxiii.

Abiuin Quintilianum Calaguritanũ ex hispania oĩs etui ditorũ schola cẽset. Ego non patriã tantũ indagare cõten do q̃tũ pfundã eius doctrinã legẽdo toto animo: et uiri bus conseq. hoc unũ ex lectiõe uiri disertissimi assidua di dici: nihil in aureo eius uolumine bethicũ resonare: mero atticismo: pura latinitate lactea nectareaq; redũdat: ut sit quærẽdũ illud bracteatũ Claudiani dicteriũ. Et qualis: nõ unde satus sit Quintilianus. Ex multiplici Quintiliani doctrinæ aceruo elegi hoc: quod libro tertio ĩstitutionũ positũ ẽ. Artium aũt scriptores Corax et Tisias siculi: Gorgias Trasimachus chalcedonius: cũ hoc et prodicus chius: et abdentes protagoras: a quo decẽ millibus denariorũ didicisse artẽ: quã edidisse euathius dicit: scribo euathlus nõ euathius: nec debes itelligere uerba Quitiliani prout significare uidentur: quod illa decẽ milia denariorũ accepit Protagoras ab euathlo: uerũ quod ita conuenerãt. Sed euathlus præceptorẽ cõuicit ĩ iudicio unde ꝓtio fraudatus ẽ summus artifex dicẽdi ptagoras. Q ꝰ ut planius percipe possis apuleiana uerba subieci. Protagoras sophista fuit longe multiscius: et cum primis rhetorices repertoribus pfacundus: Democriti physici ciuis æqueuus: ĩde ei suppeditata doctrina ẽ. Eũ ptagorã aiũt cum suo sibi discipulo euathlo mercedẽ nimis uberẽ cõditione temeraria pepigisse. uti sibi tum demum id argẽti daret: si primo tyrocinio agẽdi penes iudices uicisset. Igitur euathlus postq̃ illa cũcta exorabula iudicãtiũ: et decipula aduersantium: et artificia dicẽtiũ uersutus alioqn ingeniatus ad astutiam: facile pdidicit: contẽtus scisse: quod concupierat: cœpit nolle quod pepigerat. Sed callide nectẽdis moris frustrari magistrũ: diu tileq; nec discerere uelle: nec reddere: usq; dũ protagoras eum ad iudices prouocauit: expositaq; conditiõe qua docẽdum recepat: anceps argumẽtum ambifariã proposuit. Nã siue ego uicero iq̃t soluere mercedẽ debebis ut condẽnatus: seu tu uiceris: nihilominus reddere debebis ut pactus quippe qui hanc causam primam penes iudices uiceris: ita si uincis in conditionem incidisti: si uiceris in damnationem. Quid quæris? ratio cõclusa iudicibus acriter: et inuincibiliter uidebatur. Enimuero euathlus ut pote tanti ueteratoris perfectissimus discipulus biceps illud argumentum retorsit. Nam si ita est inquit neutro modo: quod petis debeo: aut enim uinco: et iudicio dimittor: aut uincor et pacto exoluor: ex quo non debeo mercedem: si hac prima causa fuero penes iudices uictus ita me omnimodo liberat: si uincor: conditio: si uinco sententia. Ex his satis credi potest protagoram non accepisse mercedem. Sunt auctores græci: qui

hoc euenisse coraci rhetori syracusano prodant ab discipulo Tisia unde inoleuit adagium. Mali corui ouum pessimum. Coraca. n. græci coruum uocant: unde ex nominis similitudine iocus apud Ciceronē. Sinamus co/racem pullos suos excludere: ubi metaphora ē a coruo ad coracē orato/rem: a pullis exclusis ad Tisiam discipulum. Scribit Aristoteles in nono ethicorum protagoram solitum discipulos iterrogare quāti putarēt disci/plinam: quā ab eo petiissent: et tantū ab eis accipe.

De Ioue munychio Thucydides ꝑpēsus. Cap. lxxiiii.

t Hucydides græcus autor Salustio comparari solet nec im/merito: plus enim lacertorum habet et uirium q̃ pigmēti: castus: integer: purus: incorruptus: fide præter cæteros hi storica: donatus latinitate iam olim legit ab eruditissimo uiro Laurētio ualensi recte ne an perperam nunc dicere non attinet: plura tamē insunt astersco ponius digna q̃ obelisco: nec ma gis mirum si quandoq; procumbit Laurētius q̃ si nauta aliquando in ua/sto procellosoq; mari naufragium patiatur. Sed hæc hactenus. In his co/dicibus: qui de Laurētii officina effluxerūt passim ita scriptum est. Sed li/brariis error adscribat uelim non interpreti uiro de literis latinis bene me/rito. Sunt apud atheniēses dialia maximus dies festus: quæ iouis milichii uocant extra urbē ubi totius populi cōuentu pleriq; non ueras uictimas immolant. Sed commode assimilatas. Scribo. Iouis munichii. In muni/chio enim colebatur iupiter: cui dialia hoc ē iouialia celebrabant. Repe/rio namq; munichium locum fuisse et portum extra athenas: de quo in/tellexit Ouidius in primo methamorphoseon. Munichiosq; uolās agros: gratāq; mineruæ despiciebat humū. Sup hoc Pausanias grauis autor i pri mis ista tradit. Alterū simulachrū ueneris ē ad munichiū atheniēsiū por/tū cū dianæ munichiæ delubro ad eū: q ad phalenū ē: ceres tēplū habet: et pallas scyrias: pauloq; posterius iupiter: aræ deide deorū: q icogniti ap/pellāt: et heroū: et phaleri: quē atheniēses ad colchos nauigasse affirmāt. Ara androgei minois illic ē: quæ herois qdē dicit. Sed ādrogei tradūt hi q patriæ loca aptius aliis nosse cura aliqua et studio tenēt. Demosthenes i orōne ꝓ Ctesiphōte de mūichiis meminit: ē. n. apd illū locus maritimus i attica. Hellanicus i secūdo athidis noiari scribit a monicho quodā rege. Verba Strabōis sunt hæc libro nono geographiæ. Est et munychia tumu lus curuus i cheronesi faciē: cauernosus tū natura: tū opa dedita: magna ex pte ut habitatiōes admittat: igressum angusto habet ore: cui qdē por/tus terni subiacēt: quōdā muro uallata munychia erat: et iūctis domiciliis referta: ut rhodiorū ciuitas circuitu cōplectēs et piræū et alios portus naua libus plenos: i qbus et armamētariū philonis opus. statio ibi nauiū digni tate isignis. cccc. capax nauiū cū nō pauciores ab atheniēsibus emitterēt.

hoc aūt ex muro duo ex oppido ꝓtracta crura urbē piræo cōiūgūt. hi fuere lōgi muri stad. xl. lōgitudie. Si milichii iouis mauis legere tu uideris: Significat. n. uox illa placidū. hilaritas. n. adhibebat̄ i his sacris: adde quod simulatæ uictimæ ꝓ ueris cedebant̄ ne qd a placiditate abhorreret.

De eresiōe festo atticorū Pōpatico Strabōis uerbū aptū. Ca. lxxv.

[S]Trabo maximus geographiæ professor libro pri͂o his uerbis usurpat dictionem non satis obuiam. omnia: iquit: poetæ uindicanda quærere lamentis ostentationem: et iactantiam posueris: ueluti si quis: ut inquit Hipparchus: eresionem obiurget atticam pēdentibus quaquauersum omnis generis pomis: et quæ mala et pyra nequeunt producere: sic omnem illius disciplinam carpat: omneq; artificium. Scio multis difficilem futurā dictionem Strabonis præsertim cum i eo Iresionem scribendum sit hoc ē εἰρεσιώνη: quam Sudas iquit esse ramum oleæ implexum lanis obuios undiq; fructus habentem. Hūc fert puerulus pubes: et adfigit foribus apollinis sacri in pyanepsiis. Dicunt enim theseum i cretam nauigātem cum ui tēpestatis ex delo soluere non posset obtulisse apollini contortum ramis oleaginis: quare sospes minotaurum obtruncauit: et consecrauit hūc supplicandi ritum. Subdit idem autor quid sint Pyanepsia: uidetur. n. dici quasi cyanepsia quod prius fabas pyanus uocabant. Ferebat Iresione mel in cotyla: id mensuræ genus: et ficos et panes fabaceos. Sunt qui dicunt laborantibus morbo atheniensibus oraculum consuluisse: id uero respondisse deos placarent hoc genere sacrificii: quo facto subsedit perniciosa lues. Theseus nauigans in phaleræo facta uota dis soluit: et præconem: qui ægeum de salute eius certiorem redderet i urbē legauit. hic multos: qui regis obitum dolore et luctu prosequebantur: multos uero: qui lætitia afficiebant̄: et coronas ei imponebant propter salutē thesei offendit. Acceptis igitur coronis caduceum coronauit: qui coronata tuba cum regrederetur ad mare: et theseum nondum re diuina absolutum offēderūt: ne sacrificia turbaret paululum moras contriuit: absolutis sacrificiis et ægei morte Theseo renunciata: clamore et tumultu celeres illi ad urbē contēdunt: hinc ē quod nunc eseophoriis in sacrificiis: quibus rami portant̄: non præconē ipsum: uerum tubam coronis exornant: et heu heu præsentes i re diuina exclamant. Quorum altero i celeri clamore dum pæana canūt: altero i terrore ac turbatione utunt̄. Sepulto patre nonis Iuliis apollini uota exoluit. Nā hoc die salutē consecuti i urbē rediere: itaq; ut fert̄ legumina elyxauere: et pp consecutam salutē in unum cibaria cōmiscuere: quæ communiter una in olla elyxata inuicem distribuere. Iresionem ramum oleæ efferunt. Nam illum ut in supplicationibus lana coronantes uariis primitiis propter permutatam sterilitatem complent:

cantãtes optimos panes ac mel in poculo:oleum elyxatum et calicem ple/
num / ut temulentus dormiat: illi conferre. Subdit quoq; nonnulla Plu
tarchus:quæ citra fastidii prolyxitatem scribi nequeunt. Strabonis hic sen
sus est poetam non decere uindicare sibi omnes uirtutes nõ magis q̃ ire/
sione ramis quidem abundat / non omnes tamẽ ramos et fructus habet.
Quædam huius antiquæ consuetudinis imago Bononiæ resedit. kalen/
dis enim mai rami auulsi ex arboribus pompatico apparatu deferunt in
urbem a nostratibus adolescentibus: postque pro foribus pro hilarita/
tis indicio solent affigi. Hanc Iresionem sic Papinius describit libro thoe
baidos. II. Vittatæ laurus: et supplicis arbor oliuæ. addit interpres. oli/
uæ / per quam pax petit supplicando: hanc ab atheniensibus Iresionem
dici: sic enim emenda papini interpretem: a græcis autem reliquis biri/
teron. Iresione forte dicitur. quoniam per eam pacem impetramus: quã
græci ἱερήνην dicunt: unde a iureconsultis præfecti pacis uocati sunt Ire/
narchæ.

Defecatus Codex Frontini: et de herculeio. Caput. lxxvi.

f Rontinus in secundo libro stratagematicon hoc ẽ callidi/
tatum et uaframentorum: quibus imperatores redundare
debent: ponit hoc astutiæ specimen et exemplar. Metellus
Pius in hispania aduersus herculem cum ille moniẽte p
tinus die instructam aciem uallo eius admouisset: ferui/
dissimo tempore anni in castra suos continuit. In quibusdã defecatis exẽ
plaribus et perpurgatis legitur herulum non autem herculem / cum sit
manifeste uox adiectitia et superuacanea: falsoq; ad gentem hispaniæ he/
rulam quidam referunt. Sed cum in antiquissimo exemplari: quod ĩ di/
ui Eustorgii bibliotheca reseruatur in insubria: herculeium non herculũ
deprehenderim sic placet ut corrigas. Fuit enim Herculeius unus ex his:
qui marianas partes fouerunt cum Sertorio et perpẽna: a quo quæstu/
ram agente Lucius Manlius proconsul / et. M. Antonius legatus profli/
gati: contra quem / et reliquias marianas omnes a senatu destinatus ẽ Me/
tellus cognomẽto pius. Est et herculeum promõtoriũ locrẽse: de quo stra
bo libro prio. Sed nihil ad nos.

Explicatũ qd sit Cornicularius apud eũdẽ Frotinũ: et cõmẽtariẽ/
sis. Caput. lxxvii.

i Dem Frontinus libro tertio sic scribit. Bello ciuili cũ ate/
gua urbs ĩ hispania põpeianarũ partium obsideretur Mar
tius interim rex tamq̃ cæsarianus tribuni cornicularius ui
giles quosdam excitauit: e qbus aliquot euitans constãtia
fallaciæ suæ per medias cæsaris copias præsidium Pompei transduxit.

Dubitauerũt multi quid nam esset corniculariorũ officium : et qui pro/ prie cornicularii uocandi sint et quare. Dion in uita domitiani inter con iuratos et autores cædis domitiani enumerat parthenium πρόκοιτον eius quem tanto in honore domitianus habuit ut ensem ante eum ferret. Quem uero Suetonius Clodium cornicularium nominat / in Dione ἐν/ τελος legitur: qui principatus libellos corrigeret et administraret. Pedia/ nus Asconius cum significare uellet nomen honoris seu potius officii cor nicularium esse in militia: dixit esse nomen ordinis: tu expone gradus mi litaris: in quo militũ et principis aut imperatoris rationes administraret. Quid uero p corniculum Liuius et Asconius intelligant inferius a nobis ubertim explicabitur. Cum Tranquillus in libro de grammaticis tra dit orbilium corniculo meruisse significare uoluit illum cornicularí/ um fuisse. Firmicus maternus clauicularium numerat cum commen/ tariensi et clauiculario: qui ordines sunt militares. Sed: ut quod comper/ tum habeo tradam: nomen præfecti rationum principis est cornicularius in tranquillo. quoniam is qui Clodius cornicularius percussor Domitia ni uocatur a Tranquillo: ἐντελος dicitur a Dione: quo nomine rationa/ tor principis significatur. Est tamen animaduertere per cornicularium Frontinum cornicinem aut qd simile uocare: nisi ĩ eo cornicularium ex/ ponas pro ratiocinatore: et rõnes tribuni administrãte: ut Dioni grauissi mo scriptori cõcinat. Licet etiam coniectare nullo pacto cornicinem pos se uocari cornicularium: quippe cum a Firmico cornicularius enumeret cum clauiculario commentariensiq;. Hæc autem nomina sunt gradus et dignitatis apud principem: non igitur cornicularius idem est / qui corni/ cen: præsertim cum diuersa fata sint diuersis officiis: cum cornicularius fa to commentariensis regatur / non est uerisimile cornicinem uilem et ab/ iectum fato digniorum illustrari. Quod uero officium commentarien sium fuerit docet Imperator in Codice ita loquens. De his / quos tenet carcer inclusos id aperta diffinitione sancimus: ut aut conuictos uelox pœna subducat / aut liberandos custodia diuturna non maceret. Iube/ mus ante trigesimum diem semper commentariensis ingerat nume/ rum personarum: uarietatem delictorum: clausorum ordinem: ætat/ temq; uinctorum. Quod si hoc prætermissum fuerit officium. uiginti librarum auri ærario nostro iubemus inferre. Iudicem desidem ac resu/ pina ceruice tantum titulum gerentem extorrem impetrata fortuna de/ cem librarum auri mulctandum esse censemus. Ex his patet iudicem / et rationatorem: recensitoremq; carcerariorum commentariensem appel/ lari. Et summatim colligo cornicularium non posse intelligi apud Tranquillum aut cæteros scriptores nisi pro officio rationatoris com/

putatorisue in militia. Quod officium cornicularii fuerit sententiis proponi damnatorum Maternus libro secundo uidetur ostendere. Quod si in his locis mars se aliqua societate cōiunxerit: uel si cū his fue/rit inuentus: erunt homicidiis publicis præpositi:et exceptores earū sentē tiarum:quæ de hominū capitibus ꝓferunt:aut corniculari aut cōmeta riēses. Sed qbus iura cōmittant:aut clauiculari aut carcerū custodes::aut qbus publicarū catēnarū uincula cōmittant. Cum aūt Pedianus cornicu larū uocari tradit a corniculo: respōdeo corniculū nomē eē libri:in quo cornicularius rōnes pricipis scribere solebat. Cornicula uero dona milita ria nō eadē eē cū pediani corniculo cēseo. Quinimo fasceæ purpureæ: seu uirgulæ aureæ aut argēteæ i similitudinē parui cornu cornicula uocant a Liuio. Mātuani hodie fasceolā illā uellutā uel sericā doctoratus:ut ita lo/quar:insigne corniculā dicunt. De corniculario plura forte alias et melio ra cū hæc dictio mihi se planius et exploratius offeret. Nūc stare a Dione priminois historico statui. Quin et Suidas entelen inqt nomen eē digni/tatis in Romana militia:et sicuti supius tradidimus ἔντελον claudiū Di/on græce iterptat quē Suetonius cornicularium dicit. ἐντελεῖς inqt Sudas principātes et sūmi dicunt in militiæ ordie:dignitates aliquas honoratas gerentes:quod alienum ē a cornicine. Appianus. ναυμαχίας δὲ γενομέ/νης καὶ ῥοῦς παμμιγοῦς ὡς ἐν τῷ δὲ λοιπὸν ναυαρχία δουλοις τῆς σωτηρίας ὄντας ἐν μαχίοις δὲ τῆς νίκης ἐντελοῦς. Quid moramur igit cornicularium dicere summū i militia principatū? si Dion entelon interptat quē corni culanium Trāqllus appellat.

De uentis Aparctia et Cecia:de quo prouerbiū græcū extat Vege/tius enarratus. Caput. lxxviii.

Enatus Vegetius libro quarto de re militari caput efficit nomina uentorū cōtinens. In eo igit capite hæc scripta p/perā uisunt. Septētrionalē uero cardinem sortitus ē apare tias siue septētrio:cui adhæret thraseas siue cratias. Plinius libro .ii. tradit sup his talia. A septētrionibus septemtrio:i terq₃ eum et exortū solstitialem aqlo: Aparctias dicti et boreas. Numero/sior rō quatuor his interiecerat thrasceā media regione inter septentrio/nem:et occasum solstitialem:itemq₃ cæciā media inter aqlonem et exor/tum æqnoctialem. Alii qppe mesen noie etiānū addidere iter boreā et cæ ciā:et iter eurum et noton euronoton. Pollio Vitruuius libro primo ar/chitectonicæ. Circa septentrionem thrasceas et gallicus dextra ac sinistra aqlonē supnas et cæcias. Ex plinianis uerbis coiicere possis cæciā et aparc tiā legendū esse. Sententiā nostrā fulcit hoc: quod nullibi repit hæc dic/tio Cratias ut pote quæ sit cōmētitia et falsa. Scribit similiter Gelius libro

secundo noctium atticarum septētrionarium uocatum eē aparctiā quasi ab arcto flantem. Ventum uero Ceciam Aristoteles ita inflare testatur ut nubes non procul propellat. sed ut ad sese uocet: ex quo uersum istum prouerbialem factum ait. κακὰ ἐφ᾽ ἑυτὸν ἕλκων ὡς ὁ καικίας νέφος. hoc ē mala ad se se attrahens ut cæcias nubes. De thrascea uento fit quoq; a Siuda mētio. Thrasceas et cecias scribendū ē in Vegetio seiunctim quoniam de duobus uentis et diuersis intelligit. Thrasceæ deest apud nos uocabulum autore seneca libro quinto questionum naturalium. q̄uis mendose illic legaē tarchias nō thraseas.

Carpere exercitum legendū esse in hæliano nō capere. Cap. lxxix.

p Aruus librarii apud Helianum rei militaris pariter scripto rem repenē error. Sed lectorē ancipitē et titubantē tenēs: loquor enim de heliano: qui opus contexuit indaganter de instruenda acie: dicauitq; imperatori Adriano: quem latinitate donauit Theodorus quidam thessalonicensis. Sic habent passim codices æliani. Eqtes enim constituti in hac forma uertere sese in quemuis prospectum possunt minimeq; uel a tergo uel a latere capientur. Corrige meo quidem periculo. carpenē. Dicuntur enim carpi milites a tergo quando recipientes se cessim / aut fugam capescētes ab insequētibus hostibus paulatim conuellunē et decerpunē: non magnam stragem accipiunt: uerum singulatim aut capiunē aut obtruncanē. Id p̄ uerbum carpere propie significanterq; solemus exprimere: quod autem Theodorus ille tāquam homo græcus uerbum græcū idoneo proprioq; uocabulo nō repræsentauit non nimis mirum ē. At forsan uitium ē librarii. Hoc uerbo in eadem re non semel usus ē Liuius. hoc significare uoluisse ælianum uerba/quæ sequunē ostēdunt: quippe cum ait ælianus / p̄stantiores rhombi latera teneant: et principes angulos regant. Stat enim in priore angulo turmæ ipsius præfectus: in dextro autem et sinistro: qui custodes uocanē lateris statuunē: in reliquo uero angulo ducem seu ductorem tergi locari solitum ē.

De flāmeis uelis: quibus noua nupta utebaē Modesti codex emēdatus. Caput. lxxx.

e Xtat tomos hoc ē tractatus compēdiosus et breuis modesti de uocibus rei militaris / compēdiosus quidem. Sed istar symmachi: p̄digus ē in sensu: et fructu beatus nō fronde. In uestibulo illius opusculi mēdum apparet non tolerandum in his uerbis. Equitum alas dicunt eo quod ad similitudinē alarum: et ab utraq; parte protegāt acies: quæ uexillatiōes uocanē a uelo quia uelis hoc ē flammulis utanē. Scribe flammeolis utantur.

Est enim flammeum uelum: et p diminutionē flammeolum: quo nuben tes tegebantur ominis boni causa. In emaculatis exemplaribus Pompei sic legit. Flāmeo amicit nubens ominis boni causa: quod eo assiduę ute/ bat flāminica. Martialis libro duodecimo.

Præluxere faces: uelarunt flāmea uultus. Tacitus libro. xv. Ipse per li/ cita atq; illicita fedatus nihil flagitii reliquerat: quo corruptiorem ageret n. si paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege cui nomē pytha gorę fuit i modum solēmnium coiugiorum denupsisset. Inditum impe/ ratori flammeum. Petronius arbiter. Puellæ caput inuoluerat flammeo. Claudianus. Flāmea sollicitum præuelatura pudorem. Poeta in opuscu/ lo ad messallam. Vt tibi coricio glomerarem flāmea lutho. Plautus in au lularia cōfectores flāmeorum flāmearios appellat.

Apud eundem Modestum explicatū qui sint equi clibanarii.

Cap. lxxxi.

i Dem Modestus infra. Bini cataphracti equi iūgebant ad currum: quibus insidentes clibanarii sarissas hoc ē longissi mos contos in elephantos dirigebant. At ne te subdubiū teneat insolentia dictiōis huius scito clibanarios illos esse qui bene ferro et armis muniti certamen ineūt. Nazarius in panegyrico ad Constantinum. Operimento ferri equi atq; homines pariter obsepti clibanariis in exercitu nomen ē. Clibanarii dicti: ut reor: quoniam more testudinis arcuatis muniunt armis: quæ clibani forma ē.

Quid sit Abaron in Vitruuio. Cap. lxxxii.

u Itruuius Pollio Architectonicæ sciētiæ maximus antistes: idemq; omnibus eruditionis numeris absolutissimus libro secundo ad hanc sententiam uerba facit. Tūc arthemisia rhodo capta: principibus occisis tropæum in urbe rhodo suæ uictoriæ constituit: aheneasq; duas statuas fecit. unam rhodiorum ciuitatis: alterā suæ imaginis: et ita figurauit rhodiorum ciui/ tati stigmata imponentem. Postea autem rhodii relligiōe impediti quod nefas est tropæa dedicata remouere/ circa eum locum ædificium extruxe/ runt: et id erecta graia statione texerunt ne qs posset aspicere: et id aba/ ton uocitari iusserunt. Abaton ē uerbum græcum: quod inaccessum di/ ci latine potest. A. ē particula insicialis et βαίνω significat ascēdo unde aba ton uocabat ille locus: ad quem non dabat accessus. Ab hoc uerbo βαίνω Marcellus grammaticus gralatores hoc ē ligneis pticis incedentes caloba/ tarios appellat. milites quoq; nautici ... q ut confligerent cum aduersariis naues ascendebāt dicebant epibatæ: qua dictiōe Thucydides quoq; uti/ tur: idemq; Vitruuius ūs. Tum artemisiæ cū esset renūciatū in eo portu

abstrusam esse classem cælatis remigibus: et epibatis comparatis: reliquos autem cives in muros esse iussit. Sed scribendum est abaton sine afflatu. hoc ē aspiratione in Vitruuio. Lucianus utitur hac dictione. εὖγε ὦ ἀττι κίων ὅτι μοι ἄβατον ἐποίησας τὸ πολὺ τῆς ὁδοῦ. hoc ē. Euge Atticion quādo mihi occurrēdo inaccessam fecisti uiam: idest dum occurris nō impēdi laborē in capescēdo itinere. Loca quæ uel exustione uel mari uel fluminibus penetrari nō possunt græci uocāt ἄβατα ut ē meridionalis plaga: Nostri una dictione uel Ouidio teste uocant inuia. Naso de parthis loquens. Gens fuit et terris et equis et tuta sagittis et non accessis inuia fluminibus. De loco nilotico cui nomē abaton meminit Seneca libro q̄rto qōnum naturalium.

Qui sint itergerini et berones Emaculatus eiusdē Vitruuii Codex. Caput. lxxxiii.

Iusdem libro quinto codex deformiori macula polluit̄ in hæc uerba. In q̄bus aūt locis puluis nō nascit̄ his rōnibus erit faciendum uti areæ duplices relatis tabulis et cathenis colligatæ ī eo loco: q̄ finitus erit constituat̄ / iter destinas creta morōibus ex ulua palustri factis calcet̄. Barbara uerba sunt hæc ultima: et geticæ captiuitatis meræ reliquiæ. Cum literas Romanas Mantuæ docerē: secessi æstu āni feruētissimo ad opulētissimū templū: quod circiter duodeci milia passuū ab urbe diuo benedicto iussu reginæ Mathildis consecratum ē: illic offendi peruetustum exēplar Vitruuii: in quo sic propemodum legebat̄. Et catenis colligatæ ī eo loco: q̄ finitus erit constituant̄ / et itergerinis e creta: beronibusq̄ ex ulua factis calcet̄. Hanc uerā / genuināq̄ lectiōem censui / prīsusq̄ doctrina et eruditiōe reicōdita Vitruuii dignā. Intergerini Plinio parietes appellant̄ / q̄ itergerūt, hoc ē ferunt et sustinēt onera. quos e creta iubet Vitruuius constituere leuiori forsan impēdio: sicuti cretacei parietes in usu sunt apud placētinos. Conuenit quod Beronibus ex ulua calcari uelit rebus forsan ī humecto loco opportūioribus: et si doctius calceet̄ q̄ calcet̄ legi posset ī Vitruuio. Calceari. n. ēt hodie paries dicit̄ cum fundamēto aptissimo fulcit̄. Existimo tamē itergerinos non solum parietes. sed omnia sustētacula dici posse uel instar fundamenti uel instar adminiculi: nec dici intergerinos ab itergerendo hoc est sustinēdo: nullibi. n. reperies hoc etymon. Sed potius sic appellari quod inter nouos parietes aut fundamenta / seu quid tale ꝓ fultura intergerunt̄ de q̄bus intergerinis Plinius meminit libro. xxv. De Beronibus sic in Plinio lego libro trigesimo sexto. Id consecutus est Ctesiphon Beronibus arena plenis molli puluino sup capita columnārū exaggerato paulatim exinaniens ab imo ut sensim totum ī colle sederet.

Sūt qui in Plinio petonibus legūt:quod non satis placet reclamante ueterum exemplarium autoritate.

Taurum pudenda hominis significare Diomedes et Salustius apti. Cap.lxxxiiii.

Ed ne grāmaticos huius nostræ industriæ penitus asymbolos et exptes faciamus Diomedes ex libro secūdo hæc uerba enarratiōe uisa sunt egere. Fit et p homonyma cū dicimus taurum / et nescias utrum de armento.an obscenam corporis partem:an montem/qui est in cilicia: an qui ē in sideribus taurum dicamus.ex his nobilissimi grāmatici uerbis satis cōstat taurum pro obscena parte capi. Sed an i uiro an i fœmina nō explicāt: autoresq́ id tradētes non affert:quos maxime curiosus animus desideraret. Sudas in primis enchiridion nostrū Taurum et taurenē uiri scribit eē pudēdū.ταῦρος:iqt ille:τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός.καὶ ὁ ταυρόπης ἄμικτος καὶ ἀσινὴ ὀνομάζε ὁ ταυρόπης διὰ ξυ τὸν ῥῖν. Repio apud eundem Sudā lastauron græcos hoiem egregie mutoniatū uocitare/quasi λάσιος sit hoc ē hirsutus circa tauron.i.uirilia. Disces uero ex Aristotele:plinioq́ hoīes hirsutos iuxta femora et crura esse ad uenerem prærabidos. Ille quicūq́ fuerit antiquus autor:qui uitā salustii scribit lastauron illū uocitauit/petulantem tu et lasciuum siue æquo membrosiorem iterptare seu scortatorē. Dicit.n.sic græce lastautos. Verba Sudæ.λάσταυρος πόρνος.δασὺς τὸν ταυρον.λαςίοταυρος τις ὤν.ὁ δασὺς τὸν ταυρον.ὅτι τις ἐν τοῖς ἕλλησιν ἢ τοῖς βαρβάροις λάσταυρος τὸν τρόπον,οὗτοι πάντες ἰταλοὶ τοῦ βασιλέως ἰστρ. Subiectum scroto caulem uocari taurū testatē pollux libro.11.sic. κρεμαστῆρες δὲ νεῦρα,ἃ τοὺς διδύμους ἀνέχει.τὸ δὲ ἀφομὴν προσιοῖκος ὑπὸ δὲ τὸν καυλὸν διὰ τοῦ ὀσχέου μέσου ὑπὸ τὸν ὀνομαζόμενον ταῦρον.

De polline et pollinario cribro phocas explicatus. Cap.lxxxv.

Hocas grāmaticus pspicax et accuratus libellum reliquit: quē si tenes paruo pōdere multa uehis ut ipsemet testatē. In eo sic scriptū ē. Illa sunt generis masculini:quæ in genitiuo una syllaba accrescūt:ut hic lapis lapidis:hic puluis.ris.hic polin .nis.hic pubis.ris. Ne forte qs dubiter qd sit polis sciat p eā dictionē florē farinæ significari:unde cribrorū genera duo noiant excussoriū.s.et polinariū. Excussoriū uocat:quod excutit et trāsmittit farinā ignobiliorem. Accōmodum hoc est ad panem secūdariū. Polinariū uero tenuius flori farinæ accōmodatū est:utentem hoc cribro Cato polintorem uocat:apud quem est polintio. Repio tamē polin.nis.nō aūt polis. Sed utroq́ mō dici pōt. Farinarium cribrū ad differentiā pollinarii et excussorii in Plinio leges. Farina i pollinem:i secūdariū:et furfu/

res partit. pollinē florem farinæ dicimus: secūdarium/quod uulgo tritelū furfures: quod bononienses passim remolū. Plinii libro. xviii. uerba hæc sunt. ex africo iustū ē e modiis redire semodios et pollinis sextarios qnq3: ita. n. appellant in tritico quod florē in siligine. hoc ærariæ officinæ chartariæq3 utunt. Præterea secundarii sextarios quatuor/furfurūq3 tātūdē.

Loca cantilenis seruientia odæa uocari. De musæis: serapæis: isæis Caper emendatus. Caput. lxxxvi.

Apet Vetustissimus autor sic scriptū reliquit. Adeo: musea: serapea: isea: mausolia: caduceda dicēdū nō ē: Tu corrige. odæa: musæa: serapæa: isæa: mausolæa: caducea dicēdū nō ē. Sunt. n. odæa loca in domo ubi cātilena solebat exerceri. ᾠδὴ nāq3 cātus appellatur/et ᾄδω cāto. Musæa gymnasia dicata musis eē nemo dubitat: serapæa cōditoria/receptaculaq3 crediderim nūcupari ubi serapidis donaria componebant: uel festa serapidis serapæa dixerunt. Isea isidis sacra: mausolea sepulchra omnia uocata: quæ nobilitate fastuq3 regio cōspicienda erant a mausolo rege cariæ: cui arthemisia illud inter septem memoratissima opera nuncupatū mausolæum cōsecrauit: unde illud exiit. Nec mausolæi diues fortuna sepulchri Mortis ab extrema cōditione uacat. Mausoleum ex proconessio marmore structum Victruuius docet. Caduceū uero nūcupamus baculum: quē mercurius manu gestat serpētibus iplexū: a quo caducifer uocat ab Ouidio: unde caduceatores ad pacem uel fœdus cōponēdū missi dicunt: hinc manauit catholica illa sentētia. Caduceatori nemo hō nocet. Si plura de caduceo desideras Macrobiū lege. hæc oīa proposita Caper asserit pluraliter numero dici non posse: et si quādoq3 reperiantur qui abutant: de usu Caper loquit: et grāmatica cōsuetudine/non autē licētia. Pericles athēnis odeū cōstruxit. Ammianus quoq3 Marcellinus tradit romæ fuisse stadium et odæū spectata ab īpatore constantino inter cætera decora romanæ urbis. Locum post odeū dictione græca Suetonius in domitiano me-todium uocat. dicere possumus odæū et odiū quoniā græce dicit ᾠδεῖον. Sudas autor ē odæū fuisse athenis cōstitutum a pericle ad exercēdā musicam. ē tāq̄ theatrū. Inclinat ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. Est aūt in ipso dicasterium: hoc ē locus ubi iudiciū summi magistratus exercēt. Illic agebat īdē tragœdia. Vitruuius libro qnto: itēq3 athenis porticus heumenicā/ patrisq3 liberi fanū exeūtibus e theatro sinistra parte odeū: quod themistocles columnis lapideis dispositis nauium malis: et antēnis et spoliis psitis ptexuit. Nō satis cate Domitius Pausaniæ uerba trāstulit. Nā cum uertere sic debuisset. In theatri aūt: quod odæū appellant uestibulo regū sunt ægyp.

tiorum statuæ: nõ odæũ dixit. sed ísulse etymon spectãs cãtilenarũ: casum pro casu usurpans. Censuit enim odion esse per dimminutionẽ genitiuũ multitudinis a cantu hoc ẽ ode: cum deriuatũ sit nomẽ a cantilena quarti casus. pôt itidẽ serapis nomẽ eẽ sepulchri in Capro quoniã cẽset Augustinus ita dici quasi σόρος apis hoc ẽ tumulus apis. De quo si plura desideras augustinum lege in libris de ciuitate dei.

Errasse Agretium in dictiõe mulierarius: Quid sit meracus codex eius emaculatus. Cap. lxxxvii.

Ideo nescio cuiatẽ Agretium in decuriã grãmaticorũ recipi: nec ego is sum: q illi derogare uelim aut obloqui: cũ eo tamẽ non sentio in eo loco. Muliebre dicimus a muliere aliquid factum: mulierarium p mulieres ordinatum: et p uiros gestum. Quin imo mulierarium uocamus hominẽ substãtiui figura non adiectiui / nimio in mulieres amore insaniẽtẽ: quẽ amorem muliebrem mulierositatem dicimus autore Cicerone: hanc græci φιλογυνίαν appellãt: nec in aliam sententiam trahi potest hæc dictio. Paulum supra eiusdem Agretii codex maculosus est his uerbis. Ita et meritam potionem merosum aut uinum appellamus. corrige. Ita et meracã potionem: merosum autem uinum appellamus. Notissimum ẽ meracam potionẽ dici: quæ pura ẽ nõ diluta. Persius. Anticiras melior sorbere meracas. Oratius. Diluis elleboro crimen bileq́ meraco. Scatent hac dictione omnes eruditi. Superlatiuum meraci ẽ meracissimus apud Sidoniũ.

De retiario et secutore gladiatoribus Dõatus enarratus. Ca. lxxxviii.

Egũt et pueri opusculum illud Donati clarissimi grãmatici: cui de octo partibus orationis titulus ẽ. Inibi cum agit de figuris sic inquit. Amphibologia ẽ ambiguitas dictionis: quæ fit per accusatiuũ: ut si quis dicat audio secutorẽ retiarium occidisse: fit amphibologia in his uerbis. quoniam dum quispiam audit secutorem necasse retiarium uidet intelligere aliquem hominem insequentem alium necandi causa: qui habeat rete cum secutor nomen sit gladiatoris: et similiter retiarius. De secutore meminit satyrus. Iussus pugnare secutor. Per retiarium similiter nõ accipimus hominẽ habentem rete piscatorium. Sed gladiatorẽ rete pugnantem. Mirmillo tamẽ proprie loquendo dicitur gladiator: qui contra retiarium pugnat. Sed Donatus exemplificãdi gratia loquit. Retiario pugnãti aduersus mirmilonem cantatur. Non te peto: piscem peto. Quid me fugis galle? quia mirmillonicũ genus armaturæ gallicũ ẽ: ipsiq́ mirmilones antea galli appellabant: in quorum galeis piscis effigies inerat: quod genus pu-

gnæ institutum ē a Pitaco uno ex septem sapientibus:q aduersus Phri/
nonē dimicaturus pp cōtrouersias finiū:quæ erāt inter atticos/et mityle/
næos reti occultato impediuit Phrinonem.

Disceptatū nūqd sergius errauerit uulgus fœminino genere pro/
ferens. Cap.lxxxix.

q Vādoq; pueriles errores apud sūmos auctores dephēdere licet:qđ me saxeū quādoq; reddit et attonitū. Quis Ser/gio grāmatico diligentior:et in non parū multis ānotatu dignis accuratior/ille tamen totā traditionem suā his paucul is uerbis incestauit:ne uerbo asperiori ī præsentiarum utar. Nā uulgus:inquit sergius:et neutro et fœminino genere legimus:apud Vergiliū fœminino. In uulgū ambiguā. Neutro. ignobile uulgus. Quis nō uidet maronem litterarū deū nūq̄ uulgū ambiguā dixisse. Forte lapsus memoria sergius cū hæc ꝓderet nō recte tenuit maronis uersus:quos libro secūdo æneidos repire poteris. Hic mihi prima mali labes:hic semp Vlyxes Criminibus terrere nouis:hinc spargere uoces In uulgū ambiguas:et quærere cōscius arma. Rectius maronianus īterpres Seruius inquit. ābiguas dubias:ne si apte ageret/accusatio eē uideret. Seruius ambiguas recognoscit:ut nullo modo ābiguā defendere possimus sensu repugnāte et pedis regula:quæ collidit uocalē præcedentē:et ita deesset sylla/ba huic carmini.

De horno et hornotino eiusdē codex emendatus. Cap.xc.

e Iusdē Sergii codex paulopost uitio librarii fœdatus ē. Nā ibi tradit Sergius sic. Sūnt exēpla uaria posita hēno autē nihil aliud ē nisi hoc āno unde deriuatio duplex inuenit. Nā Cicero dicit hornatinas fruges/Oratius dicit hornatas fruges. Sic corrige. Nā Cicero dicit hornotinas fruges:oratius dicit hornas fruges. Est.n. hornotinū et hornū illius āni. Seruius. Fit aūt de orna fruge:et horno sale/ut oratius. et horna fruge. Annotinū idē ē quod hornū et hornotinū hoc ē huius āni. Columella libro .v. ungues annotinos resecato.

Qui sint apud Firmicū psephopectæ. Cap.xci.

f Irmicus maternus acutissimus astronomiæ ꝓfessor nō multū ē quod exiit ī publicū nō adamussim castigatus et excultus:quod ut facile credas eius ex libro secūdo uerba subiunxi. Et aut calculi aut musicæ:aut notarū:aut difficiliū literarū inuentores reddit: socio ī hoc loco mercurius psephopectas sæpe fecisse. Corrigēdū sic autumo. Scio ī hoc loco mercuriū phephodectas sæpe fecisse. hoc sensu. Scio iudicoq; ex matheseos cogni/

tiõe mercuriũ in hoc loco/hoc ẽ mercuriũ collocatũ i hac statiõe horosco pi sæpe fecisse psephodectas: sũt aũt psephodectæ: q calculo suffragia fere bãt: calculis.n. prisci nigris albisq; iudicabãt: qđ significat Oui. ita canẽs.

Mos fuit antiquis niueis / atrisq; lapillis

His dãnare reos: illis absoluere culpa. Hos ĩ urnã iaciebãt. Si cui ma ior nũerus nigrorũ cõtigisset dãnabat: Si alborũ absoluebat. Sup qua re Modestinus iurecõsultus digestis de administratiõe rerũ ad ciuitatẽ pti/ nẽtiũ. Calcularii erroris retractatio ẽt post decẽnii et uicẽnii tpa admitte/ tur. Hũc ritũ significauit Apuleius lib. x. de asino aureo. Cũ iã: iqt: sñiæ pares cũctorũ stilis ad unũ sermonẽ cõgruentibus: ex more ppetuo ĩ urnã æreã deberent cõiici: quo semel cõditis calculis iactu cũ rei fortũa trãsacto nihil postea cõmutari licebat. Sed mãcipabat ptãs capitis i manũ carnifi/ cis. Psepodetæ uero iudices uocant ἀπὸ τοῦ ψήφου hoc ẽ calculo et suf/ fragio. Qui uero suffragiũ fert ψηφιστὴς dicit: et ψηφοδέτης. ψήφισμα decretũ p suffragia. Dicũt et ψηφολόγοι οἱ ψηφοπαίκται ut Sudas iqt. ψῆφος iudiciũ dicit ἀπὸ φαεσ. Est etiam psephos lapis ãnuli: et nũe/ rus pecuniarius: sicuti apud nos calculus: hic subducens rõem pecuniarũ dicit calculator a nostris. Calculus albus erat absolutorius: niger dãnabat qđ docet Pisides his. ψήφου μελαίνης ἐξεφάνησαν κρίσιν. Repit et psipho/ phoria: quæ multorũ calculorũ rõcinũ et appatũ significat. Græci quoq; absolutũ uocãt ἀψήφιστον quasi maxie remotũ a discrimine calculi. Sũt q existimãt ostracismũ eẽ diuersum ab hoc suffragio calculi: an recte nõ ad hũc locũ. Testula: sic.n. uocat latine ostracismus: eiectus fuit themisto/ cles: et multi alii. Erat et iudiciũ p folia: qđ petalismon appellabãt. Ostra/ cismo pessimi dãnabant a populo. ostracis.n. scribebatur nomen fugati. Ostracismus differt ab exilio. quoniã exilio mulctatorũ substãtiæ cõfisca/ bant. ostracismo amãdatorũ nõ eripiebat bõa populus aut fiscus: et illis tẽpus pscribebat aut locus. exules ãt neutrũ horũ habẽt. ex iis colligo edu ctis e græca penu ostracismõ esse relegatiõem. φυγὴν uero exiliũ. Naso glo riat qđ relegatus appellat nõ exul: cui nomen ciuis: et bõa auita reserua/ ta sunt. Aristoteles lib. prio de aĩalibus et alibi quoq; ὀστρακόδερμους pi/ sces uocat: quos latini testacea: ut sunt ostrea: purpuræ: buccini: echini: quæ nõ marẽ habent aut fœminã. Extat puerbiũ apud græcos. ὀστράκου περιστροφή. Dicit de his: q celeriter aliqd faciũt. Existimo illos nõ recte sẽ tire: q ὀστρακισμὸν cũ calculo cõfũdũt cũ ὄστρακον dicat testula. ψῆφος p prie loquendo calculus. Sed hæc nimiũ multa. Cæterũ cũ repiã Sudã pse/ phopectas noiare p his: q calculi curã gerũt nihil mutare debes i firmico. Inqt.n. phephologos hoc est rõnatores calculi esse phephopectas: q etiã summi possunt p cõputatoribus: quos uulgo calculatores appellamus: et rationũ trutinatores: quæ expositio materno est accõmodatior.

De Nesti empedoclis Laertius enarratus. Cap.xcii.

L Aertius Diogenes græcorū philosophorū uitas diligentissime scribit. Is libro octauo ī empedocle sic scriptū reliqt. Hæc aūt illi uisa sunt. elemēta esse quatuor ignem: aquā: aerem: terrā: amicitiāq; qua fœderant: et discordiā qua dissideāt. Ait aūt sic. Iupiter ac iūno regia et aidoneus: et nenetāda nestis: iouem ignē: iunonē terrā: aidoneū aerem: nestin aquā dicens. Scimus aidoneū plutonem significare: quem dixerūt et adin quasi aiden hoc est tristem et tenebrosum. Quærūt tamen multi qd significet illa dictio nestis. Ego fictū nomen ab empedocle reor tāq̄ sit aliqua priuatiōis dea: sub cuius noīe cōtineret aqua: sicuti deorū noīa cætera uocauit elemēta. Fit.n.a pticula priuatiua νη et εἰμι et sum: qđ lubrica ē aqua: nūq̄ cōsistit: ī ppetuo est fluxu. Propterea nestis decentissime uocaṫ. Nῆστις. inqt Sudas: ieiunus dicit̄ intestinus medius inter uentrem et stomachū: ab hac pticula νη priuante et ἐσθίειν comesse. uel a νη priuāte et σίτιον hoc est cibariū. Subdit Suidas ex carmīe empedoclis mutuatū reor. Nestis aūt quæ lachrumis amaris pascit mortale genus: dico hoc eē aquā. De hoc ītestīo sic meminit pollux. κωλὸν δέ ἐστι διά παντὸς τοῦτο τὸ ἔντερον. ὅθεν καὶ νῆστις κέκληται.

Atarbarchen nō alabarchen in satyrographo poeta legendū esse: et M. Tulliū p atarbarchen Antoniū intellexisse. Cap.xciii.

q Vāta et ea recōdita eruditiōe scateat satyrus poeta nouerūt oēs: q literas literatas exosculant. Quāplurima sane ī inuolucris: latibulisq; pfundissimæ sapiētiæ licet ī eo dephēdere: quæ nō rectis oculis tāq̄ solē obtuētes īterptes adipisci uisu mīme potuerūt: q̄le illud ē: qđ se mihi nūc obtulit. Atq; triumphales: inter quas ausus habere

Nescio qs titulos ægyptius atq; atarbarches. Nō audiēdi sunt illi: q alabarchē substituūt uera genuīaq; dictiōe sublata: tāq̄ a sale nomē īflectat: quo cōmento nihil fingi pōt īsulsius. Ego nihil īmuto. Quin īmo sentio atarbarchē p diuite. sed molli. sed eneruī. sed effœminato ponī: qđ ī arabia plures erāt nomi hoc ē pfecturæ: quæ suos archōtas habebāt hoc ē pfectos: q ibi erāt honoratissimi. Arabes pp mollitiē cæli molles fuisse/ delibutosq; unguētis īcedere qs nescit/ unde arabice olere significat bene olere et odoribus arabicis. Nō arabo noster rore capillus olet Ouidius ait. Tibullus. odoratæ diues arabs segetis. Peculiariter ī eudæmone arabia nec id in tota nascebatur unguentorum copia. Saba enim pars eudæmonis hoc ē felicis arabiæ prouentum odoramentorum ferebat. Mittit Lucius puluisculum complanatorem tumidæ gingiuulæ ex arabicis frugibus: quibus antiqui cadauera ungebant. Huc uergit illud.

Quantum uix redolent tria funera: nec aliter sensit Plinius cũ inquit pa tere inferis arabiam. Nos suaueolẽtiã implexæ dominæ sic elego carmine sumus admirati.

Et tribus arabiis/numeres eudæmona quãuis

Arcuaq;: quæ bacchus tigridibus domuit. Deliciosum igit scortatorẽ: nepotẽ: temulentũ: amatorẽ p arabarchen significauit Iuuenalis. Adiu/ uat quod ægyptium præposuit: qua gente nulla lasciuior atq; discinctior. Autumo triumuirũ Antonium fluxum: mollẽ: temulẽtũ: commessatorẽ M. Tulliũ innuisse cũ ita loqueret in quadã ad atticũ epistola. Vellẽ et te ex theophane respicere quo nã animo i me sit arabarches. His adde Luci anũ cõmessatorẽ: eneruẽ: et mollẽ bacchũ significare uolẽtẽ illũ syrophœ nicẽ cũ cadmo uocasse i dialogo cui titulus ẽ θεῶν ἐκκλησία: nec mirũ si delicias satyrus obiciẽs cuidã iqt. Syrophœnix udus amomo.

Quid sit promercale proprie / disceptatũ nũquid herodiani uocẽ recte Politianus latinitate donauerit. Cap. xciiii.

h Erodianũ historicũ græcum celeberrimum latina colonia donauit Angelus politianus uir: mea quidem sentẽtia: p/ clarissimus. Sed boni interpretis operam præstans nõ pa/ raphrastis sententiam sibi proponit / quam sectet: a uer/ bis auius / multũq; remotus. Is i Iuliano impatore sic scri/ bit. Nã cũ neq; uindex existeret ullus tã crudeliter iterfecti principis: neq; promercale factũ impiũ: fedeq; nũdinatũ qsq̃ prohibuisset. Videt Ange lus promercale imperium usurpare pro eo / quod ẽ propositum hoibus mercari cupiẽtibus: cũ hoc latina dictio nõ significet: et in græco codice dictio posita ẽ: quæ emptoribus propositũ imperiũ significat si memoria nõ labor. Nũc enim mihi herodiani græci copia non suppetit: quẽ cũ me diolani agebã sedulo perlegi. Hæc sane dictio promercale fines quosdam habet et limites: quos trãscẽdere nõ licet. Mime uox hæc catholica ẽ/ et u/ niuersalis ad oĩa: quæ uẽdunt. Sed illa tãtũ promercalia nũcupamus: quæ reseruatis his: quæ ad usum propriũ ptinẽt / tãq̃ supãtia uẽdit paterfami lias: quẽ uendacẽ potiusq̃ emacẽ optat cato. Verbigratia patri familias de cẽ modiĩ tritici familiã pascẽt cũ ex fundo suo uigiti i horrea referuet de/ cẽ tempe ãni uenditiõi idoneo ꝓpõit: idq; ꝓmercale dicit a Catone: Colu mella/ cæterisq;: q romane locuti sunt. Suetõius i cæsare dictatore aurũ ꝓ mercale uocat: quod cæsar uẽdidit supãs sibi: reseruata tãta auri copia: q̃/ ta suo usui satis esset. Promercales uestes illæ nũcupatim uocãt: quæ sup/ uacãt patrifamilias/ et ꝓponit ut uẽdant/ quales peculiariter illæ sunt: quæ in usu fuerũt: ueneuntq; post primã gratiam coloris attritu deperditam: cum infectura dilutior esse cepit atq; languidior. Hoc significare uoluit

Plinius Cecilius scribens in libello de grammaticis et rhetoribus: Palemo-nem gramaticum exercuisse officinas uestium promercalium. Nec pro-mercalia dicuntur merces: quæ primo minoris emuntur: ut postea pluris distrahantur: quarum rerum negociatores græco uocabulo propolæ nuncupant / a nostris institores. Plinius libro duodeuigesimo natu. histo. Aliqui occasum uergiliarum ad tertium idus nouembreis seruant. quoniam id sidus etiam uestis institoris ē: et ē in cælo notatu facillimum. Ergo ex occasu eius de hyeme augurantur: quibus ē cura negociatoris insidiandi auaritiæ. Nubilo occasu pluuiosam hyemē denunciat: statimqꝫ augent lacernarum pretiā. Sereno asperam et reliquarum uestium accen-dunt. Si quis uero secus sentit genium ac proprietatem latini sermonis ignorat. Politiano igitur in hac quidem re non fauemus: qui promerca-le uocat imperium: quod propositum quodammodo esset uenui. Non enim omnia: quæ ueneunt promercalia sunt. Mobiles res tantum: et quæ annuo usui uel simpliciter usui superant promercales appellantur. Pro-mercalia. M. Cato his uerbis significauit. Reliqua: quæ comparāda sint: si quid desit in annum: uti comparentur. Quæ supersint ueneant. uen-dat oleum: uinum: frumentum: quod supersit uendat. Boues uetulos: armēta reiicula: oues reiiculas: lanam: pelles: plaustrum uetus: ferramenta uetera: seruum senem morbosum: et si quid aliud supersit / uendat. Reiiculæ: ut hoc discas obiter: a Catone dicuntur oues / siue armenta reiicula quæ senio aut morbo reiici debēt: et distrahi.



Nunquid dimitir terra dicta a græcis bene deflectatur a Diodoro.

Cap. xcv.

d Iodorus libro primo terram dimitera a grecis appellatam tradit. quoniam omnium sit mater tanquā δὲ particula superfluat. Melius Plato: qui ait cererem græcos appella-re δίμητρα quasi διδοῦσα μήτηρ sit hoc est exhibens mater.

Qui sint apud eundem pastophori: pastas: et pastophorium: et de sacerdotibus: qui eumolpidæ dicti: et qd sit ceryx i Seneca. Ca. xcvi.

i Iusdē Diodori non multo post hæc uerba sunt. Et a pa-stophoris pcones solos ex græcis athenienses p isidē iura-re / ac forma / moribusqꝫ ægyptiis similes. Scribo in diodo-ro eumolpides. Erāt. n. sacri sacerdotes seu magistratus athenis: q dicebāt eumolpides i honorē et memoriā eumolpi regis: quē ægyptii generis fuisse diodorus sentit. hunc poeticen docuit orpheus maxius poetarū. huic snīæ ouidius astipulat. At neqꝫ echionides eumolpus in orphea talis: In phryga non satyrum talis olympus erat.

Scribit Sudas eumolpum eleusinium atheniensem filium fuisse musæi poetæ: alii uatem Orphei filium uersificatorem ante Homerum. Fuit enim pithyonices hoc est uictor in ludis græciæ: in quibus uictores do/nabantur pinu: qui in archemori honorem celebrabantur. Hic scrip/sit teletas cereris: et his filias suas initiauit. Addit hoc Sudas. Eu/molpidæ. genus a thrace: qui purgationes siue initiādi leges reperit. uel a musæi filio: qui instituit eumolpidas: et cerycas: et alios sacerdotes: qui ce/teris sacris et initiationibus inuigilant. Obiter et in trāscursu Senecā i li/bro de trāqllitate uitæ ita scribentē: Nō uis enim nisi consul aut prytanis aut cerix aut fasces administrare rempublicam: ad hunc magistratum i re publica attica summū refer: ut pote/ cui cerealia cōmissa erāt sacra apud atticos in primis religiosius culta: illos uide: qui referunt ad præconē uilē magistratuū officialem si modo cum hoc insigni sacerdotio cōparet: ad/de quod Seneca de summis magistratibus illic agit: non de seruis magi/stratuū: quod suffes apud carthaginenses primus honor ostendit. legen/dum. n. est in seneca suffes nō fasces. De his eumolpidis nunc mentio fit a Diodoro: quos cōtendit ab ægypto fluxisse non aūt ex thracia. M. Tul lius in quadā epistola ad atticū eumolpidas quosdā atticissantes nomiat. Lege quæ Pausanias i attica scribit sup eumolpo. Amplius qui sint apud Diodorū pastophori quærendū est. Pastophori sacerdotes sunt ægyptio/rum honoratiores cæteris: dicti pastophori quod ferūt palliū: cui nomē ē pastas. Pastophoros demū uenus appellata quod thalamū nuptialē curet et administret. παστὰς thalamus nuptialis: qui alio noie νυμφεῖον et νυμφίδιον. Pro uenerio thalamo poeta leonides hæc.

πάσταλα τὶς τοίας καὶ ἀγλαϊν' εἰνα καὶ ἄυλαν

κοσμῦν τὸ καὶ τὸν νυμφίδιον θάλαμον. Lampridiū cubicula spōsarū nymphia uocasse olim non meditate satis censuimus: secus sentio: quod i fra docebimus. De his ægyptiis sacerdotibus sic Apuleius libro. xi. de asi/no aureo cum loqueret de sacris osiridis et isidis. Ac ne sacris suis gregi cæ tero pmixtus deseruirē i collegiū me pastophorū suorū inter ipsos decuri ones qnquēnales elegit. Sudas pastophorium tradit esse ferēs τὸ παστας hoc ē pallium illud ueneris/ cū pastophoriū Nicolaus lyra uocet thalamū deputatū ad uescēdum pro sacerdotibus pastophoris. credēdum tamen ē pastophorium uocari domum et habitationem omnem pastopho/rorum sacerdotum: qui sic uocati sunt a pallio ueneris: quod ferebant cum uenus et isis pro eodem numine capi possint. Codicem igitur Su/dæ mendosum reor: nec ibi scribendum pastophorion est. sed pastopho/ron. In esdra ita leges. exurgens esdras ab ante atrium templi abiit in pa/stophorium Ionathæ: et hospitatus illic non gustauit panem: ne

aquam bibit. Leges in sacris literis: si recte memini: In die illo diruet dei us pastophoria uestra: et alibi. In pastophorio domus dei nostri. Templa seu loca fuisse pastophoria: et quibus rebus apta docet his Iosephus i qnto. Quarta uero turris supra uerticē pastophoriorū cōdita erat: ubi moris ē unū de sacerdotibus adstātem post meridiē quod septimus qsq; dies icepit tuba significare: rursusq; uespe quod desineret nūc ferias populo nūc ut opus faciat denunciātem.

Defensus placiades a calumniatoribus et eiusdem codex emendatus cū de noibus equorū agit. Quid sit petax. Cap. xcvii.

n On desunt qpiā quos doctos iudicarē nisi cōtra præceptū philosophicū uiuerēt. Docti doctos amāt si uere sunt docti dici solet: illi doctos oderūt: et de sūmis noibus prælicenter garrientes obloquunt: Fulgentiū uolsellis suis icessūt: quē domi i manibus habent et i oculis. Sed hæc ꝓpugnatio reiicit ad eruditos oēs. hæc cōtentio nō est huius fori. Nos placiadē i cōem studiosorū utilitatē iuulgauimus: addidimusq; commētariolos nostros: q forsan minorē auctori famā q̄ laborem pepērūt. Sed ut dixit Liuius aius iqes pascit ope. Dū Fulgentiū repeto quia multa putaui Me quoq; q feci iudice digna lini: Reperi i his uerbis nō mediocre librariorū mendū. Vnde et ipsius eqs cōdigna sic noia posuerūt. i. erythreus: Acthe on: lāpos: philogeus. Tu corrige. erythreus: æthon: lāpos: phlegeus. uniusq; ex solaribus eqs nomē hoc īditū a uerbo græco αἴθω: qd significat i, cēdo: ardeo: αἴθων ardens et splendidus: a quo uerbo fuerūt nōnulli philosophi: q æthera deflecti uoluerūt. equū. n. ex solarib9 unū sic appellari docet Ouidius lib. secūdo metamorphoseon. Interea uolucres pyrois: eous: et æthon solis eq: quartusq; phlegon hinitibus auras flāmiferis iplent pedibusq; repagula pulsāt. Idem paulo iferius. Huius quoq; i tutelā ponūt pauū: qd ois uitæ potentia petax i aspectū sui semp quærat ornatus. Petax: ut reor: a Fulgētio ꝓ lasciuo pōit: hoc ordie. Scimus qd ois potētia et uis aiæ nostræ ad lasciuiā uergens petit ornatus extrisecos i aspectū sui hoc ē ut ispiciaſ. Vult. n. aiæ potentia uideri cōpta et bracteata. Petax uocabit a Fulgentio uerborū nouatore quē cæteri petū dicūt hoc est lasciuulū. Poeta i priapæis oculū ueneris lætū: hilarē: et amorabūdū pætū uocauit. Pueros petulos Cicero ꝓ lasciuis usurpauit. Nil tamen obstat sentire petacem ꝓ petitore et affectatore a Fulgentio capi. sed prior sententia tū uerior: tum eruditior. Idem paululū supra. Secūda actiua est: quæ tātū uitæ cōmodis anxiat: ornatus petax: habendi isatiata: rapiendi cauta: seruādi sollicita gerit. Idem libro secūdo i fabula ixionis ponit hæc uerba. Dromocrides in theogonia scripsit Ixionem i græcia primū regni gloriā

affectasse q sibi cétum eqtes primus oium adquisiuit. Lego asciuit hoc ē adiecit et allegit: q corpus suum tuerenť. Tales latini stipatores: et laterones appellāt: græci σωμοΤεφύλακας. In cōmētariolo nostro in eundem placiadē in calce: Appelleo: scriptum ē pro: picleo: Consueuerat. n. picles rogare deos et summis uotis expetere neqd sibi oranti excideret: quo exasperareť populus unde fingunt Pitho hoc ē quādā psuadendi deā sedisse in labiis piclis. In eodē libri primi cum agimus de labrusca herbā pro uite indecēter impresserunt.

Fabula ganymedis ad historiā fidē relata: consequētet Lactantius explicatus: et herodianus. Cap. xcviii.

L Actantius Firmianus maximus religionis ueræ propugnator libro primo diuinarum institutionum asserit colorem poeticū esse cum fingiť aquilam rapuisse catamitum. Sed aut p legionē rapuit: cuius insigne aqla ē: aut nauis: ī qua ē impositus tutelā habuit in aquila figuratam: sicut taurū figuratum cum rapuit et transuexit europam. hæc q̄uis uerisimilē præte xtū præseferant: sintq; fabulæ non inutiles mythologiæ hoc ē ratiocinationes poetici lusus: accedere tamen proxime ad intētionē poetarū uideť id: quod tradiť his ab herodiano in cōmodo. Simulachrum matris deū decidisse ferūt in quēdam phrygiæ agrum: cui nomen pesinunti a casu eius simulachri factū putāt. Ibi. n. a principio cōparuisse: licet apud alios com periā pugnā illic: Ilum phryga: Tantalūq; lydū inter se cōseruisse: siue de uia ortā: siue potius ob raptū ganymedis: cūq; diu æquis uiribus decertatū foret: ac pmulti utrinq; cecidissent: et nomen ex ea clade loco eē ipositum. hic ēt fama fert Ganymedem ipsum trahentibus in diuersa germani atq; amatoris manibus uita eē orbatū: sublatūq; e medio pro calamitatis solatio relata ad iouē raptorē fabula diuinis fuisse honoribus affectū. Si super hac fabula sententias diuersas expetis lege fulgentium in primo mythologico. Transeunter et parerga herodiani hæc uerba: nomē ex ea clade loco eē ipositum: scito. n. locū ex quo raptus: ut ait fabula: uel laceratus: ut tradit historia: fuit catamitus: harpagiū nominari a uerbo græco harpazo: quod significat rapio: inde Plauto furis nomen ē harpax: et harpagonides.

De Apollonio tyanæo mago ītelligere Lactantiū: et quorūdam error. Cap. xcix.

A Pud eundē libro quīto mendū ē pudēdū et fedū: quo ad meras nugas illectus ē uir alioq nō īter reticulos pfessores enumerandus. Sic. n. passim legiť ī Lactātio. Item cū facta eius mirabilia destrueret nec tamen negaret: uoluit osten

dere apollinem uel paria uel etiam maiora fecisse. Mirum quod Apuleium prætermisit: cuius solent et multa et mira memorari: Cur igit O delirum caput nemo apollinem pro deo colit: nisi forte tu solus illo scilicet deo dignus. Si magus Christus quia mirabilia fecit: peritior utiq Apuleius: qui ut scribis cum eum Domitianus punire uellet: repente in iudicio nõ comparuit. Respõdet Lactãtius cum stomacho biliq fulminea his ipsis fortasse Philostrato et cæteris uiographis hoc ẽ scriptoribus uitarum:, q christum sotera nostrum miracula qdem non mediocria fecisse fatent: uerum ea per magicam sciẽtiam: non ex hoc quod in eo diuinitas esset: et supra humanitatem uirtutis uis augustior: sicuti Apuleium magũ multa fecisse mira cognoscimus: et Apollonium qui dæmonium eiecit et huiusmodi cætera: quæ supra captum hominis eẽ uidentur. Sed hæc ipsa ui et potentia magiæ fecerunt. Corrigendus ẽ tamen Lactanti codex. Nam ubi legitur apollinẽ scribere oportet Apuleium: ubi uero dicitur. Apuleius cum Domitianus eum punire uellet: scribẽdum apollonius id exquirente historia: et quod maxime adiuuat apuleius floruit multo post tempora domitiani: uerum id Apollonio accidit: qui in iudicium Domitiani uocatus ẽ. hoc ostẽdit Hieronymus ita scribens. Apollonius tyãneus scribit quod cum ante domitianum steterit i cõsistorio repente nõ cõparuit. Quod ut noscas summatim delibabimus historiam. Apollonius Tyaneus: ut tradit Philostratus: maximus philosophiæ professor magus siue ut potius pythagorici uolũt: philosophus: cum ad brachmanas profectus esset: audiuissetq hierarcham in throno sedentem ephesiosq liberasset: plurimaq diuinitus effecisset: accusatus ẽ quod male de domitiano sentiret: quod q magiam exercebat: aliaq id genus ridicula. Romam iubente Domitiano deuolat apollonius. Sed ad iudicem sistit: in carcerẽ coniicit: cõpeditusq reseruatur ad iudicium. Damis: qui solus illum secutus fuerat secum custoditur: cui ut fidem faceret esse in potestate sua egrediendi ex carcere cum uoluerit ostẽdit compedes ex quibus pedes retrahebat et in easdem insinuabat ex animi sui sentẽtia: quod conspicatus Damis tũc manifeste uirum diuinum credidit Apollonium: a quo præmissus ẽ puteolos: horamq qua illum in litore pstolari deberet prædixit. Educit Apollonius e carcere: sistitur ante tribunal Domitiani: absoluit ab impatore. Sed discedere probitus: admonitusq a domitiano esse sibi: quæ secum cõmunicare uellet: illi in cetu maximo sic respondit Apollonius. Scias uelĩ Domitiane me non subdi tibi ullo fato: et ut plenius noueris tibi in caput meum non permitti ptãtem. Vale. hæc locutus subito euanuit omnibus stupẽtibus: et nouitate miraculoq rei uix suis. Contẽdit ad Damim Apollonius: quẽ i litore spatiantẽ deprehendit anxium et de ipso Tyãneo

M

nimiopere sollicitum. Eusebius uir absolutissimus re et nomine Pius hæc ficta commentitiaque esse autumat in eo libello: in quo philostratum: cæterosque græcos redarguit: nugatoriam prorsus et fictitiam huius Apollonii uitam pro certo ducens: quæ omnia græci commenti sunt ut ipsi et sua amantes sine riuali suiros Christo deo optimo maximo pares aut maiores habuisse uideant: aut id agunt ut si quis magum censeat Apollonium magus quoque: proh nefas: Christus ποτε habeat: ut pote qui ui et ueneno magico miracula facere potuerit: ut apollonius. Sed græca et perinde uentosa natio in religione: quod canis niloticus: agens: cuius carminibus nihil ẽ nisi fabula cælum: hæc finxit: ut non parum multa cõsueuit: quod fidei orthodoxæ propugnator acerrimus Eusebius ostendit tantum abest ut credamus: quæ philostratus de hoc pythagorico tradit. Multi tamen male seduli uitam Apollonii tanq̃ relatam a fonte hãmonis iactant: phitoni succidiæ animas suas nutrientes: hi: alba ut aiunt linea: sacrosancta rimãtur: quos si ueneno Philostratus instruit: munire deberet Eusebius antipharmaco: qui sacris ueræ historiæ traditionibus diluet doctrinæ fallacissimæ uirulentiam: legendus est Philostratus igitur: quoniam nil ita edidit quod prodesse non possit. Sed eius uerbis non plane credulas aures dedamus. Debeamus Beroaldo nostro philostratum quod passim promulgauerit bona fide: ne hic anguis cauo uoluminoso delitescens: perniciosius aliquando: arduus ad solem: iuuenta uiridis: linguis micans trisulcis: erumperet et exiliret in medium: nos orbibus suis: ut anguis homericus: innodatos tanquam passerinos ingluttiret. Suspiciendus ergo Philippus compater meus: ut uerbo nouo in re noua utar: uelut candidissimus quod non suppresserit. Despiciendi: qui omnia quæ legunt mirantur ut oracula. Lactantius porro dissentientis a fide telum retorqueré uellens clypeo ueritatis: non hoc negat. Sed adscribit artibus magicis et dãnatis: quæ fallunt homines et irretiunt: irretitosque trahunt in præceps. Cum paulopost sic scribit Lactantius. Stultum est igitur id putare Apuleium noluisse / quod optaret utique si posset. Scribendum est similiter Apollonium. quoniam quæ subsecuntur fecit Apollonius: non autem Apuleius. Sed iam cætera quæ instant agamus.

Commentum Cebetis de Pitho nobis errores poculo stillante detortum esse ex sacris literis. Cap. c.

C Ebetis philosophi præclarissimi opusculum extat: quod inscribitur πίναξ hoc est tabula: in qua philosophice pingit floribus omnibus eloquentiæ animas mortalium in auras superas exeuntium bibere suetas inuitante quadam puella illici: quæ uestibulum occupat: ex poculo

quod dulce quidem primo gustu simplicibus apparet: illud postea sequit omnis amancies: et confusæ mentis inscitia. Id quidem bibunt omnes: alii magis: alii minus: ut quidam magis sapiunt: minusq̃ desipiunt. In eo certe poculo: quē pitho mortalibus offert bibimus errores: atq̃ socordiā: nec dextrorsum genium sub imagine senis adsistētem ueremur: qui subinde nos admonet: abstineamus scilicet ab illo potu: in quo error bibit: bibiturq̃ malesana uecordia. Sed trahit nos impotes poculi species: et puellæ pellacis illicium. Hoc nimis scitū: graphicumq̃ commentum Cebes non primus excogitauit. Sed ex sacris literis detortum esse cognouimus: in quibus Babylona sub persona blandæ: illecebrosæq̃ meretricis faciunt aureo poculo destillasse liquorem uenenatum mortalibus: ex quo bibit omnis terra: unde erroribus: facinoribus: et inscitiis ē infecta. Quod q̃ apte liquidoq̃ diuus Ambrosius exprimat in libello: cui titulus est Cain Viderint lectores industrii: nos eius uerba subsignauimus. Nitebat aula regio luxu splendida: cælatis parietibus: et solo humido: natabant pauimenta uino: flagrabat ungēto humus: spinis cooperta piscium: et marcētibus iam floribus lubrica: illic comessantium tumultus: concertantiū clamor: litigantium cædes: concentus coenantium: saltantium strepitus: ridētium calchinnus: lasciuientium plausus: confusa omnia: nihil naturæ ordine. Saltatrices tonsæ: et crispantes pueri comam: epulantium cruditas: edentiū ructus: ebriorum sitis: hesterna crapula: hodierna temulentia: repleta uomitu bibentiū pocula: maiore odore ebrietatis q̃ si recentia tantum uina fragrarent: ipsa in medio stans. bibite inquit et inebriamini: ut cadat unus quisq̃ et non resurgat. Ille apud me primus: qui omnium pl dicissimus. Ille meus est: qui suus non ē: ille mihi gratior: qui sibi nequior. Calix aureus babylonis in manu mea inebrians omnem terram. A uino meo biberunt omnes gentes. Hæc ex sacris literis repetit Ambrosius: quæ in confingendis his: quæ de pitho scribuntur non minimum cebetem iuuerūt. Fingit ab Antipatro græco poeta Antiodemis quædam puella: quæ uel suo nomine contraria populo significatur: hæc inuasit italiā et subneruauit: atq̃ mirū ĩ modū emolliuit. Sic græce canit Antipater.

Ἡ καὶ ἔτ᾽ ἐκ βρέφεος κοιμωμένη ἀντιοδημίς·
πορφυρέων παφίης νοσσὶς ἐπὶ κροκίδων·
ἡ τακεραῖς λεύσσουσα κόραις μαλακώτερον ὕπνου
λυσίδος ἀλκυὼν τερπνὸν ἄθυρμα μέλους·
ὑλατίνους φορέουσα βραχίονας· ἡ μόνη ὀστοῦν
Οὐ λάχεν· ἦν γὰρ ὅλη τοῦ ταλάροισι γάλα·
ἰταλίην ἤμειψεν· ἵνα πτολέμοιο καὶ αἰχμῆς·
Ἀμπαύσῃ ῥώμην μαλθακίνῃ χάριτι. Nos ut potuimus hæc latina

sic fecimus. Cum teneris puero mollis ruit antiodemis: Cui data lasciuis pulchra crocota modis. Irriguo somno: flāmantibus atq; papillis / Cum ludo ebrietas corda hominum domuit. Hæc dulce alloquiū: tremulisq; coagula lactis ore gerens: molli et brachia diua manu Italiam inuasit. huic sudor et arma puellæ Cesserūt. romā Sic charis una domat. Hesiodus pariter libro primo ἔργα καὶ ἡμέραι refert iratū ioue ob subreptū ignē a ꝓmetheo in ferula/fabricasse puelam: quā charites hoc ē gratiæ et pitho .i. suadela excoluerunt: monilibusq; exornarūt: quā corona futili horæ cæli ianitrices: et ut obiter utar prisca dictione claustritimæ: donauerūt. Mercurius pandorā hāc dixit quasi oium donū quādo quicūq; ex deis illā aliquo dono cumulauit. Ista tāq; pestis in poculo mala cūcta exitialia detulit: et sparsit in populos cū ante pādorā oia plena quiete: paceq; et aurea modestia floruissent. Hesiodum si quis græce canentē audire mallet his nostris intexui.

ὣς ἔφατ᾽ οἱ δ᾽ ἐπίθοντο Διὶ κρονίωνι ἄνακτι
αὐτίκα δ᾽ ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς ἀμφιγυήεις
παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον κρονίδεω διὰ βουλὰς
ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη
ἀμφὶ δέ οἱ χάριτές τε θεαὶ καὶ πότνια πειθὼ
Ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ· ἀμφὶ δὲ τήνγε
ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι
πάντα δέ οἱ χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε παλλὰς ἀθήνη.
ἐν δ᾽ ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος ἀργειφόντης
ψεύδεά θ᾽ αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
τεῦξε διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου ἐν δ᾽ ἄρα φωνὴν
θῆκε θεῶν κῆρυξ ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα
πανδώρην ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες
δῶρον ἐδώρησαν πῆμ᾽ ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν.

De arbore sicomoro Cornelius Celsus Explicatus: et enarratū illud prouerbium. Stultior es morycho. Cap. c. i.

Ornelius Celsus libro tertio medicinæ sic scribit. Alii uel amomū: uel sicamynū lachrymā fronti iducūt. hoc nomē
c apud medicos reperio. Sed cū græci morū sicamynon appellent: mori nulla lachryma ē. Scribit tamen Plinius medicos solitos ad eliciēdū humorē mori: illā lapide pcutere solitos: fortassis hūc humorē lachryma uocabit. Cēseo tamē significari lachrymā arboris i ægypto nascētis: quā ibi morosicon appellāt. Celsus morosicon arborē uocat iuersis literis: quā cæteri sicomorū: sup qua arbore fit in euāgelius mentio.

Est peculiaris ægypti in aggeribus niloticis præcipue prouenientis: quæ ra/dicibus suis colligabat niloticas ripas opere humano eleuatas ad coercen/dum nilum: proinde cautum erat ne quis in ægypto si comorum excinde/ret. De hac iureconsultus Martianus intelligit digestis de extraordinariis criminibus. In ægypto qui comata rumpit uel dissoluit. hi sunt aggeres: qui quidem solēt aquam niloticam continere æq; plectitur extra ordinem. Hoc idem paulo infra ostēdit. Si quis arborem sicomorum exciderit: nā et hæc res iudicatur extra ordinem non leui pœna: idcirca quod hæ arbo/res colligant aggeres niloticos: per quos incrementa nili dispensantur: et coercentur et diminutiones aquæ compescuntur. Comata ē et diacopi q in aggeribus fiunt plecti efficiunt eos: qui id admiserunt. Morosicos au/tem dicitur hæc arbor quasi fatuam hoc est nō fructiferam ficū dictites. Gi/gnit. n. pilulas albicantes: quæ instar olynthorum hoc ē grossorum fici ap/petēte maturitate decidūt. σίκον græci ficum dicūt. ῥοῦσικον mariscam fi/cum: morbum quoq; podicē occupantem illi σίκωσιν: nostri ficū similiter dicunt: aut mariscas: de quibus satyrus. Cæduntur tumidæ medico ridēte mariscæ. μῶρον quoq; fatuū dictitant. μωρὸν delirum: a qua dictiōe mo/rionem latini uappam: et desipientem nūcupare solēt. μωρότερος stultior dicitur unde prouerbium græcum. μωρότερος εἶ μορύχου. hoc ē: stultior es morycho. hoc adagium uenit a siculis: diciturq; de his: qui per ineptiā quid faciūt ut ait Polemon in epistola ad diophilum. Dicit enim sic. Stul/tior es morycho: qui relinquens habitationem interiorem extra positam quærebat. Morychus sane epitheton ē bacchi ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον αὐ/τοῦ μολύνεσθαι. ab inquinādo uidelicet propriam faciem. Inquinare nāq; so/let eam bachus racemis / et uiridibus ficis. μορύξαι porro idem est quod μολῦναι hoc ē ineptire hoc ē desipere: præterea dicitur a simplicitate bac/chi: cuius simulachrum in aperto statuitur apud hesiodum. Sed nec hoc omittamus: quod scribit Strabo geographiæ libro decimo septimo: mo/rum nasci i libya: quæ fructum fert: qui sicomorum dicitur. Nam ficui persi/milis: gustatu uero malus.

Defensus a quorundam cauillationibus Valerius Flaccus cum de leone meminit: et Leonis iuba: præterea cōtra Seruium cō parationem posse in fine poni. Cap. c ii.

IN Valerio Flacco multum amisimus præpropera morte sublato Quintilianus uerissime dixit: quod nisi fata auara et malæ orci tenebræ præripuissent hūnc tanq̄ uitem cre/scētibus uuis: haberet roma quod superbæ græciæ et i lau/des suas effusissimæ posset obicere. Sed et sic habet. Quē/admodū. n. unio breui corpusculo, sed pretioso magnis præstat hareno/

ſiſq; lapillis: nō ſecùs puſillū aurum Flacci magno Apollonii præſtat ori-chalco. In calce libri quarti quatuor hi uerſus collocant.

Non aliter gemitu quondam lea prolis ademptæ
Terga dedit. Sedet in deuiis: incluſaq; longo
Peruigilāt caſtella metu. Dolor adtrahit urbes
Interea: et miſero manat iuba ſordida luctu.

Cū uenetias urbē floren tiſſimā: quæ tātū iter alias caput extulit urbes Quātū lēta ſolēt iter uiburna cupreſſi: animi gratia receſſiſſem: uehebamur una agili celoce ego et Hercules Strotius poeta Ferrarienſis: ī quo uis naturæ qd polleat mortalibus oſtēdit. Sūma in eo doctrina: poeticus ardor: modeſtia uirginalis: comitas leliana: negocioſitas ſeu πολυπραγμοσύνη ſummū faſtigiū attigere: ita ut captui humano par aut ſecūdū ſperare nō deť. Iudicat ut Ariſtarchus: componit ut Homerus: et quæ ī aliis diſſidentia ſunt mentis ætheriæ ſublimitate cōiunxit. Interrogabā ī horia ſedens herculē meū qua nā rōe Valeriū: quē uſu ſuū fecerat: tutareť: q iubā leæ dedit: et ī fine libri cōtra preſcriptū artis comparationē adnexuiſſet. Reſpōdit alacriter ut ē ad ſingula agilis animi: nō lea legendū ī Valerio. ſed leo. Cūq; id irritū cōmētū eē dixerim qd autore Plinio nō leo. ſed leena curā ſobolis habet: ſubiūxiſſemq; hæc pliniana uerba. Cū pro catulis fœta dimicat oculorū aciē tradiť defigere ī terrā ne uenabula expaueſcat. Reſpōdit nō hæc demere cutā mari cū leā dimicātē Plinius aſſerit oculorū aciē ī terrā defigere. Nō. n. ob hoc colligere poſſis: ſubridēs ait: Leonē fœtus ꝓprios faſtidire: et ſi pro his ſollicita ſit fœmina. Veriſimile nāq; ē ambos ꝓlē curare. quoniā: ut ait Euripides: patrū filii ſunt anima: quē uerſiculū protulit tyanæus Apollonius cum uideret echidnam hoc ē uiperā filios ſuos ligua lambentē. Sed nōne inqt hercules Pie Valerius idē noſter pro ſobole decertantem leonem facit libro ſexto ſic propemodum canens.

At uero ingentem Telamon procul extulit orbem
Exanimem te canthe tegens: ceu ſeptus in arcto
Dat catulos poſt terga leo.

Sed parātem cōparatiōis obiectionē ꝑpoſteræ: ut ipſe uolebā: ſoluere: nauta curiæ ueneti ſenatus appellens exeamus īnuit: hinc cōminus nos altercātes ſalutātū unda et præter meātū frequēs æſtus ī ædē Marco tutelari deo uenetorum dicatā abripuit.

Error Seruii cū defenſione Flacci cōparationē ī fine poni. Cap. ciii.

Eruius illos erroris arguit: q cōparationem ī fine ponūt: quē ſi audiamus Flaccus noſter eſt affinis errori. Sed potius Seruius accuſandus eſt: q nō ſat regulariter admonet irregularē ī fine cōparationem eſſe: marone præcipue ī primo georgicon ita canente.

Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ
Addunt se in spatia: et frustra retinacula tendens

Fertur eqs auriga: neq; audit currus habenas: et si ibi translationē esse hāc nō comparationem Seruius censeat: quæ si ponat in fine uitiosum ē. Pace tamen tanti uiri dictū sit: cōparatio siue similitudo in fine decentissime fieri pōt: quod Fabius Quintilianus ostendit uir extra ingenii aleam positus: ad cuius autoritatem uelut ad anchorā aut asylū confugiūt eruditi oēs. In omni aūt parabole: dixit Quintilianus: aut præcedit similitudo et res sequit: aut præcedit res: et similitudo seqt. Sed interim libera et separata est: iterim/quod lōge optimū est cū re: cuius est imago: cōnectit: collocatione iuicē respōdente: quod facit redditio cōtraria: quæ antipodosis dicit præcedit similitudo illa: cuius modo feci mennonem. Inde lupi ceu raptores atra in nebula. Seqt in primo georgicon post lōga de bellis ciuilibus aut externis cōquestiōe. Vt cū carceribus sese effudere quadrigæ Addūt se in spatia: et frustra retinacula tendens Fert eqs auriga: neq; audit currus habenas. Sed hæc sunt sine antipodosi. Redditio aūt illa rem utrāq; cōparat: et uelut subiicit oculis: et pariter ostēdit: cuius pclara apd Vergiliū multa reperio exempla. Sed oratoris potius utendū est.

Quid significet uox nitela in Terentiano: Plauto et Apuleio. Cap. c iiii.

Xiit in publicum ex supellectile Georgii merulæ opus elegans et artificiosum carmie uario compositum Terentiani mauri: cuius fidem autoritatemq; Augustinus aduocat literaturæ sacræ summus antistes. In eius opere nō longe a liminari serie scripta legunt hæc carmina.

Quia non adiicit literulis nouū sonorem
Sed græcula quædam scholicæ nitela uocis. Nitelam ibi interptare nitorem: et elegantiam: qua græci professores uti consueuerūt. Quod si significanter et proprie loqueris nitelam accipies pro re læuigante sordem et expoliente. Vox est apuleiana: qua utit pro dentifricio os ipsum et dētes honestāte comenteq;. Hieronymus in epistola ad gaudentium de pacatula. nugarum monilium et nitelarum inquit. Sed festiuissimum Lucii nostri epigramma audire iam serum est.

Calpurniane salue properis uersibus
Misi ut petisti munditias dentium:
Nitelas oris ex arabicis frugibus:
Tenuem: candificum: nobilem puluisculum:
Complanatorē tumidæ gingiuulæ:

Comuerritorē pridianæ reliquiæ:
Ne qua uisaē tetra labes sordium
Restrictis forte si labellis riseris. Nō prætereundū uetus adagiū aduersus illos eē: q nimia se ornādi cura supfluerēt: ut diceret σχοινοτρώγας hoc ē lētiscū comedētes: tāq̄ hi solū aīum itēderēt ociose et desidiose dētibus euertēdis lētisco: ex quo fiūt optima dentifricia uel autore epigrāmatico poeta. Lētiscū melius. sed si tibi frōdea cuspis Defuerit: dētes pēna leuare pōt. Dētifricia a græcis ὀδοντοτρίμματα dicunt. ὠτογλυφὶς aurisculpiū. Hominē mollē a nimia mūditie Lucianus σχινοτρώκτην uocat: hoc ē edētē lentiscū.

De milto idē Terētianus explicatus. Cap. iov.

Vbiūgit paulopost idē Terētianus. has uersibus apte quoniā loq negat instar tituli fulgidula notabo milto. Miltū latine dici scias miniū: quo rubricæ librorū isigniebāt Ouidio teste. Nec titulus minio: nec cedro charta notet. Adhibebāt et miltū cū locū carminis notādū et aiaduertēdū significare uellēt: unde marco Tullio miniatula cera. Sēsus hic ē terētiani se minio fulgēte signaturū uerba: quæ grā exēpli dedicabit et psupponet ut lector cū cæteris: quæ ponūt ad istructionē nō pcipiat. De minio si qs audire multa desiderat cōmētarios nostros i plaurū legat. Miltū sudas iq̄t eē spēm coloris rubri. Homerus νῆας μιλτοπαρῄους. et i quodā epigrāmate. μιλτοφυῆ τε χοῖνον ὑπ᾽ ἀκρονύχῳ ψαλλομένην κάλυκι. νῆας ab Homero miltoparoi dicunt milto tinctas habētes proras.

Repetita Ptolemæorū origo a regibus macedoniæ: carmēq; Lucani pēsitatum. Cap. c vi.

Armia Lucani fūt hæc. Et tibi nō fidæ gētis dignissime regno fortunæ ptolemæe pudor: crimēq; deorū Cigere pellæo pssos diademate crines pmissum ē. seuū i populos puer accipis ensem. sunt q pellæū diadema exponāt macedonicū: et cōsequēter ægyptiū. quoniā alexādria uertex regni memorat Alexādrū cōditorē architecto Dinocrate. Ego occultiorē historiā signari crediderim: ægyptiūq; regnū pellæū uocitari hac rōe: quod a regibus macedonicis posteriores ptolemæi ducūt originē. Scimus .n. macedōas reges pellæos appellari a ciuitate macedoniæ pella gētis regiæ uetustissima nutrice. Quo pacto demū acciderit ut reges ægypti nati sint ex macedonicis docet Pausanias i atticæ descriptiōe. Iā macedonū opinio ē Ptolemæū Philippi amyntæ filiū fuisse: et ad lagū patrē puulgi errorē deferri. aiūt. n. matrē ex eo iā grauidā a Phillipo datā fuisse lago uxorem. Ex his Pausaniæ uerbis satis claret cur regnū ægyptiū pellæū diadema uocauerit Lucanus. quoniā: s. hic sceptrū ptolemæorum accipiebat: q a regibus macedonicis

stēma deducebat:q pellæi a pella urbe macedoniæ cognominant:

Explicatum Plinii Cecilii prouerbium. Cap.c.vii.

p Linius Cecilius epistolarū scriptor sectatus ē c ēis dicēdi ue neres nō ꝑtermissa tamē īťma eruditiōe. Is libro epistolarū prio sic scriptū reliqt. Oia ptēto:oia explor. πάντα dei niq λίθον κινα:utq i cultura agri nō uineas tātū: uerū ēt arbusta:nec arbusta tātū:uerū ēt cāpos curo et exerceo. ꝓuerbiū græcū hoc ita corrigēdū ē. πάντα λίθον κίνει hoc ē oēm lapidem moueo:et si græce sic dicat πάντα λίθον κίνει hoc est oēm lapidē moue: paululū qd tātū imutauit plinius id i rē suā trahēs. prouerbiū sic se habet. Quādo xerxes mouit cōtra græciā uictus circa salamina ipe qdē aufugit: Mardoniū tamē reliqt bellaturū contra græcos. Victo uero ēt mardonio uulgo ioleuit i ābitu circuituq tētorii Mardoniū reliqsse thesaurū. Emēs igit Polycrates thoebanus locū ꝑ multū tēporis spatiū thesaurū quærebat:ut uero nihil ꝑfecit mittēs i delphos iterrogauit ubi nā locorū has pecunias iuenire posset:cui apollinē respōdisse ferūt. oēm lapidē moue:ide irroborauit adagiū. Prouerbiabter ergo loquutus Plinius refert se i cā uti oī nisu et conatu:singulaq pqrere:ex qbus successum posset adipisci:et aduersarii iugulū ꝑmere. Similis est illa snia quoq græca. πάντα κάλων σεῖε hoc est oēm funē moue. Adagiū dici de his assolet:q i oibus utūt alacritate:prōptitudineq. ductū ab his:q forte rudentes attrectāt. i græcis antilogiis fit mentio de hoc prouerbio sic. πάντα λίθον κίνει, πάντων πέτρα κράτει πεῖραν·

De uario significatu uocis huius cypselus. Cap.c.viii.

f Vb eiusdem Plinii noīe circūfert libellus:cui titulus est dē uiris illustribus:qdā Suetonio adscribūt. In eo sic legit. Lucius Tarqnius priscus græci demarathi filius:q cypseli tyrānidem fugiens i etruriā cōmigrauit. Ne tempus i quærendo hoc tyrāno cypselo quæras scito illū regem fuisse corinthi:de quo Ouidius et Lucianus meminerūt. Periādri pater hic fuit. hūc antassi filiū fuisse scribit Pausanias i corithiis. Est quoq cypselos cera apium et sordes auriū:unde i lexiphane Lucianus τὰ ὦτα κυψελόβυστα uocitat hoc est aures sorde cōclusas ne recte possint audire. De uaria huius dictionis significantia si plura desideras Suidā plege. Cypseli alias sunt aues:quæ a paruitate crurū dicūt apodes:de qbus hæc tradit Plinius libro x.na.his. plurimū uolāt quæ apodes uocant qa careāt usu pedū. Ab aliis cypseli appellant hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hæ sunt: quæ toto mari cernunt:nec umq̄ tam longo naues:tāq continuo cursu recedunt a terra ut non circūuolitent eas apodes. Cætera genera residunt

et ſiſtũt/his quies niſi in nido nulla. Aut pendent: aut iacent: et ingenia æque uana: ad paſtum maxime.

Ononychitem in Tertulliano legendũ eſſe: et apud eundẽ explicata multa. Cap. cix.

Eptimius Tertullianus eloquẽtiſſimus ab Auguſtino nũcupatus tot maculis obruitur/ut nõ bene nitoris et eloquẽtiæ refertæ ſententiæ poſſint elici: ex his paucis feres in cætera iudicium. Scriptum enim ſic paſſim comperio i apologetico ſuo. Sed noua iam dei noſtri in iſta proxime ciuitate editio publicata ẽ: ex quo quidam in fruſtrandis beſtiis mercenarius noxius picturam propoſuit cum huiuſmodi inſcriptione. Deus chriſtianorũ onochoiſitis: erat auribus aſininis: altero pede ungulatus: librũ geſtans et togatus. Riſimus et nomẽ et formam. Emendo ex uerbis Tertulliani ononychites· Erit enim dictio compoſita more græco ἀπὸ τοῦ ὄνου καὶ ὀνύχων hoc eſt ab aſino et unguibus: quo pictor ille mercenarius deum noſtrum nũcupabat formatum auribus aſininis et ungulis. ὄνον. n. ut palam ẽ: græci uocãt aſinum. ὄνυξ eſt ungula. Onychites ungulæ ſimilitudinem habẽs. Aſini certe numerãtur iter ſollipeda animalia hoc ẽ illa: quæ ſolidam habẽt ungulam. Marmor notiſſimũ ab unguibus onychites appellatur. Terga fluuiorum gelu cõcreta tegmĩe eſſe onychino Gellius infit et Sidonius fulti tamẽ autoritate ueteris poetæ. Hæc ẽ cauſa cur ille Lucrio aut cerdo deum chriſtianorum fecerit ungulatum. Refert. n. Cornelius Tacitus iudæos ægypto expeditos ſiue ut putauit extorres uaſtis arabiæ in locis aquarum egẽtiſſimis cum ſiti macerarentur onagris: q forte de paſtu potum petituri eſtimabãtur indicibus fontibus uſos/ob eã gratiam cõſimilis beſtiæ ſuperficiẽ cõſecraſſe: atq; ide ita opinor præſumptũ nos quoq;: ut iudaicæ religiõis ꝓpiquos: eidẽ ſimulacro initiari. Deceptus igiť ille pictor Chriſtianorũ deũ et iudæorũ eſſe eũdẽ cũ iudæi aſini ſimilitudinẽ cõſecrauerit credidit iudæos et cõſequẽter chriſtianos aſinũ colere. Quid ſi legis i ſeptimio. ononychotitis/ab ono. i. aſino/ onyche. i. ungue/et ottide hoc ẽ aure. Poſſes quoq; i eodẽ ſignificatu legere ononychottis.

Qui ſint uenerarii Tertullianus emẽdatus Caliſtratuſq; iurecõſultus explicatus. Cap. cx.

Ræterea et iferius apud eũdem uitiũ ẽ i codice his uerbis. primi erũt lenones: ꝑductores: aquarioli: tũ ſicarii: uenarii magi: itẽ aruſpices: arioli: mathematici. At q uenarii uox ẽ irrita et nihili iducẽda et ꝓrſus eradẽda: ſubſtituẽdũq; uenerarii:. Sic. n. uocamus illos: q ſacrilego cultu planetas ut pote lunã aut ſolẽ colunt: et ex illis uaticinanť. Planetarios hoſce recitat Auguſtinus.

Calistratus iureconsultus digestis de quæstionibus uenerarios capite pu/niẽdos eẽ scribit ubi mea quidem sententia doctissime accursius uenera/rios exponit eos qui planetas colũt. Si scire concupiscis: q sint perducto/tes hoc ẽ illiciti stupri conciliatores: qui aquarioli ministri scilicet uenerei concubitus: quid sit proagogin et proagogia cõmẽtarios meos in plau/tum lege.

De fure manticulario Tertullianus luci suæ restitutus. Cap. cxi.

Iusdẽ Septimii paululum infra uerba hæc sunt. Quis illic ficarius: quis manticularius: quis sacrilegus aut corruptor: aut lauantium prædo. legendum ẽ. Quis manticularius, p fure: qui inserens se confertæ turbæ marsypia aut secat aut artifici dolo aperit et exenterat hoc est euacuat ablata pe/cunia. deflectit a uerbo manticulari quod significat furari. Adiuuãt quæ cõpio in codicibus integris Pompei. Manticulatũ usus pauperibus in nũmis recondẽdis et nostro seculo fuit: unde poetæ pro dolose quid agẽdo hoc uerbo utunt. Pacuuius. Ad mãticulãdum astu aggreditur: mãticulã/dum ẽ mihi. Sensus Septimii Florẽtis manifestarius ẽ: nullum ex cohorte christiana esse aut manticularium aut sicarium. Sed hæc omnia uitia in gẽtibus inueniri: profanisq hominibus: qui deo nostro nomina non de/derũt: ut illud Augustini uerum sit. Tunc male uiuitur cum male credit.

De Coluro enarratus Architrenius. Cap. cxii.

Aec carmina sunt Architrenii poetæ lepidissimi. Qua di/rigit ortus occasusq pares oculorum meta colurus. Est eni colurus finis ille: qui uisum nostrum mutilat unde illi nomẽ: quem oculorũ nostrorum radii trãsire nõ possunt: deducta dictio a uerbo κολοβόω mutilo: trunco. Videtur Architrenius colurum etymologice accipere pro horizonte: qui ẽ circu/lus diuidens iferius hemisperium a superiori: terminus et limes nostri ui/sus appellatus. Est duplex horizon rectus et obliquus siue decliuis. De/flectũt nõnulli colurum a cauda bouis et a membro: ut autumo non sa/tis sobrie: Sunt duo circuli maiores i sphera: qui dicunt coluri: quorum i/terest distinguere solstitia et æquinoctia. Truncus dicit hic circulus. quo/niam solũ una eius medietas apparet: alia uero nobis occultat: et ab ĩtẽr/secatione quam facit nomen quoq sortit. Colurus igit distinguens solsti/tia trãsit per polos mũdi: per polos zodiaci: et maximas solis declinatiões hoc ẽ per primos gradus cancri et capricorni. Vnde primus pũctus cancri ubi colurus iste iterfecat zodiacũ dicit pũctus solstitii æstiualis. qa quãdo sol ẽ i eo solstitiũ æstiuale ẽ: et nõ põt sol magis accedere ad zenith capi/tis nostri. Est ãt pũctus i firmamẽto directe suprapositus capitibꝰ nostris.

Arcus uero coluri: qui intercipit inter pūctum solstitii æstiualis et æqui/noctiale: appellatur maxima solis declinatio. Alter quidem colurus tran/sit per polos mūdi: et per prima puncta arietis et libræ: ubi sunt duo æq/noctia unde appellatur colurus distinguens æquinoctia. Isti aūt duo co/luri intersecāt sese super polos mundi ad angulos rectos sphærales. Dubi/to tamen an hic ponat colurus pro horizonte. Viderint quibus liberius ocium est. Colura ī alia significantia græci uocāt aīalia caudā non habē/tia: uel mutilā caudā habētia: quæ in sacrificiis non offerebāt. quoniā his non sacrificatur. Oportet. n. sanum esse et perfectum: quod dis sacrifica/tur. Aristophanes. Non litaturus est. Nam caudam nō habet.

Insanum in persio pro uehementi usurpatum. Cap. cxiii.

P Ersius ille sententia operaq; philosopha et poetica facun/dia multa habet: quæ aristarchæa: cleāthæaq; lucerna sint introspiciēda. Sed ut e minimis maxima coniectes hæc ac/cipe: quæ in satyra tertia scripta sunt.

Sæpe oculos memini tangebam paruus oliuo
Grādia si nollem morituri uerba catonis
Discere: et insano multum laudanda magistro:
Quæ pater adductis sudans audiret amicis.

Cum Bononiæ tyrocinni/um exui: auspicatusq; sum prouinciam publicitus interpretandi natus an nos undeuiginti: cēsui scribendum eē non insano. Sed incano hoc ē sum/mopere cano. In enim hic auget quēadmodum apud Maronē eo hemi/stichio. Incanaq; mēta Cyniphii tōdent hirci. Videbat enim canicies de/cere uirum grauē: peculiariterq; magistrum: qui autore Libanio sophista pater esse debet tot filiorū quot puerorū magister ē. Intensionis uim ha/bere hanc particulam. in. citra litem ē: quod patet ī dictione inflexus: in/clytus. Cum. n. κλυτὸς generosum significet: inclytus auget et generosi/tatem intendit. Nunc uero nactus sinceriorem sententiā nihil imuto: de cet. n. quotidie reperire meliora. Quin īmo autore Quintiliano rerū co/gnitio quotidie crescit. Insanū apud Persium interpretor pro nimis con citato et agitato ad curam discipuli: a quo subueret reportare notam in/diligentiæ. Romani nāq; præter notam significationem uocis pugnaces: aspros: et refractarios: intractabiles: non comes: non urbanos: non eutrape los: ut græci dicūt: appellabant insanos. Hoc ostendit Gellius ita loquēs libro decimo et septimo noctium atticarum. Domitio homini docto cele briq; in urbe Roma grāmatico: cui cognomentum insano factum ē. quo/niam erat natura intractabilior et morosior. Contentiosi qui nunquam succumbebant: alios improbabant īsani uocati sunt. Plato in symposio. Vnde uero insani cognomen tibi exortum sit nescio. Semp enim in lo/

quendo te et alios improbas. Persius ex hac uerbi significãtia uocabit in/sanũ illũ:q concitaf:tumultuaf ut discipulus in coram patris/et amicorũ adductorũ palmã reportet:nõ succumbat/ne imbellia hoc ẽ pugnãdi im/peritia:et discipuli ruditas illi pariat dedecus imortale.

Expressius q̃ cæteri explicat persianum:Lucretianũq; carmen:et sentẽtiam Varronis de sacris promethei Lãpadibus. Cap.c.xiiii.

i N eodẽ Persio uersus hic ẽ.Qui prior es cur me i decursu lampada poscis ?Quæ Hyginus et Cornificius: ut uolunt aliq:siue Cicero ut nõnulli in rhetoricis tradũt:implicant potius q̃ explicent:mutilãq; nobis historiã reliquũt.Ple/nius ritus hic ex his Pausaniæ uerbis discef. Iã uero i aca/demia ẽ promethei ara:a qua ad urbem cum accensis facibus currũt. Cer tamen aũt in eo positũ ẽ in cursu tedã seruare accensam:quæ si primo ex/tinguaf:uictoria ad secũdũ trãsferf.Si secũdo quoq; extinguif tertius est uictor.Si uero oĩbus nulli uictoria relinqf.Sensus ẽ igif Persi nostri.Tu q senior es:et cui uitæ lux florentis extincta ẽ:cur intercurrendũ nõ solũ mihi uictoriã non cõcedis.sed me uictorẽ et accẽsa lãpade sequentem uis mutato ordine sequi ?cum iam tu per crepusculum et tenebras ætatis tuæ senilis habeas facem extinctam:Ego uero uiridiori ætatis lampade te se/quor et uinco.Lucretius libro secundo de rerum natura cum significare uellet prioribus tanq̃ cursoribus in sacris promethei lucem deficere/et ui/tam:sequentes uero florenti ætate tãq̃ ardenti lampade uictores instare: fieriq; inter mortales nascẽtium et obeũtiũ quandã uicissitudinẽ succes/sionis:senes mori:iuuenes instare:hos urgere pueros:pueros infantes/nõ aliter q̃ in promethei sacris euenit.Sic cecinit.Et quasi cursores uitai lã/pada tradũt:hoc ẽ morientes tanq̃ uicti a sequentibus uiuentibus et uic/toribus eis tradunt lãpada extinctam.Varro cum ait.non cursu lampada tibe trado:significauit nolle tãq̃ uictũ cædere.sed adhuc currendi ulteri/us sibi uires et lampadam accensam superesse. Quæ tradit hyginus uera quidẽ sunt.Sed nõ plane historicũ ritus huius tenorẽ explicantia. Quid si pausanias sentiat promethei aram dicatam esse a prometheo cereri.Nã et hoc fiebat in cerealibus:super qua re sic Themistius ait qnta in physi/ca aristotelica paraphrasi.Quapropter cum thedæ cãdentes in cerealibus accipientiũ et tradentium uicibus cursu continuo differunf q̃q̃ motus il li specie cõueniunt nõ tamẽ proprie continui. sed cõsequẽtes subcisiuiq; sunt: propterea quod extremitates suæ singulis discrepãtes diuersæq; ha/bentur.Quomodocũq; res uergat hæc sacra cerealia uocanda sunt.sed a Prometheo instituta fuerunt:unde promethei dicunf.

N

Tumulos ſolitos a priſcis apio coronari prouerbium elegans unde manauit: Tibulluſq; profunde exquiſitus. Cap.c.xv.

P Rinceps elegorum poetarum: quos alii melicos: alii elegiographos appellāt eſt dubio procul Albius Tibullus. quia uere non diſſimulanter aut obnoxie amantē agit: et cōſequenter inſanum: modo ſuperbit: modo ſupplicat: ānuit: renuit: minatur: intercedit: dedignaẽ: deuouet: orat: incōſtans eſt: quod uoluit non uult: quod optauit: refugit: ſecum diffidens ut in uera cupidinis rota illum circūagi credas. non deeſt tamen in tanto lepore uerborum ſuus nitor: et reconditarū rerum cognitio. Is libro ſecundo ſic prope modū canit·

At bona quæ nec auara fuit centum licet annos
Vixerit: ardentem flebitur ante rogum:
Atq; aliquis ſenior ueteres ueneratus amores
Annua conſtructo ſerta dabit tumulo.

Iam olim cum eram candidatus eloquentiæ rebar omnibus promiſcue coronis decorari tumulos conſueuiſſe priſcos: et uiolis et liliis: et huiuſmodi odoratis floſculis: interpretabarq; ſerta ānua coronas florum: quas ſingulis annis in memoriam priſtini amoris offert tumulis amator cū nouēdialia ſacra facit. Sic enim dicuntur iuſta: quæ pro defuncto fiunt/quare Oratius. Nouēdiales: ait: diſſipare Cineres. Cæterum cum legerem plutarchum mutaui ſententiam: exponereq; tum primum cepi: annua ſerta in Tibullo annuas corona ex apio: quibus ſepulchra coronabantur. Autor huius rei Plutarchus eſt ita ſcribens in Timoleonte. Cæteros milites poſtq̃ Timoleon perſuaſionibus exhortationibuſq; firmiter ad prælium induxit ad crinifum fluuiū quo carthaginenſes uenturos audiuerat: adduxit: qui cum caſtra ſuperaret unde inimicorū caſtra uidēdi poteſtas erat: mulis apiū ferētibus obuiauit: quod infauſtum milites augurium putauere: quoniam apii coronas ſepulchris imponere uſurpatum ē: unde hoc prouerbium natum eſt: mala ualetudine: ſummo periculo fruentem apio indigere. Hactenus Plutarchus. Plinius hoc uidet cum libro. xx. de apio loquens ſic ſcribit. Dionyſius marem nigriorem breuioris radicis/uermiculos gignentem. ambo neutrum ad cibos admittendum imo omnino nefas. Nam id defunctorum epulis dicatum. Lucianus quoq; in eo dialogo: cui titulus eſt charon hos tumulos corōari ſcribit ſic. Ἠρία ὦ χάρων καὶ τύμβους καὶ τάφους καλοῦσι τὰ τοιαῦτα· πλὴν τὰ πρὸ τῶν πόλεων ἐκεῖνα τὰ χώματα ὁρᾷς καὶ τὰς στήλας καὶ πυραμίδας, ἐκεῖνα πάντα νεκροδοχεῖα καὶ σωματοφυλάκια ἐστι. χάρων· τί οὖν ἐκεῖνοι στεφανοῦσι τοὺς λίθους καὶ χρίουσι μύρῳ οἱ δὲ καὶ πυρὰν νήσαντες πρὸ τῶν χωμάτων· καὶ βόθρον τινὰ ὀρύ-

ξαντες καὶ ουδέ τι ταυτὶ τὰ πολυτελῆ δεῖπνα· καὶ εἰς τὰ ὀρύγματα οἶνον καὶ μελίκρατον ὡς γοῦν εἰκάσαι ἐγχέουσιν· ἑρμῆς· μένας κάπτειν· λιμνεῖν μὲν ὡς οἴονται περιπετομένας τὴν κνίσσαν καὶ τὸν καπνόν· πίνειν δὲ ἀπὸ τοῦ βοθρου τὸ μελίκρατον· hoc est. monumenta O charon et tumbas: tumulosq; et sepulchra hæc uocant homines: uerũtamẽ cernis ne ante urbes aggeres illos ac statuas ac pyramides? Mortuorũ thecæ sunt omnia et sarcophagi. Charon. Quid igitur illi coronant saxa atq; ungẽto illinunt? Quid uero ante tumulos structa pyra: foueaq; effossa: lautas ibi adolent coenas uinum effundentes ac mulsum. Mer.: Nescio O charon quid prosint hæc his: qui descenderunt ad inferos. Sed credũt eas animas circumuolantes nidorem uictimæ: fumũq; delibare: et a fouea bibere mulsum. Hæc Luciani Plutarchiq; uerba aditum tibi dabunt ad percipiendũ uersus: quos Vergili reor cum uirgilianam artem lucubrationemq; redoleant.

Eia age pampinea fessus requiesce sub umbra:
Et grauidum roseo necte caput strophio.
Formosus teneræ decerpes ora puellæ.
Ah pereat cui sunt prisca supercilia.
Quid cineri ingrato seruas bene olentia serta?
Anne coronato uis lapide ista tegi?

Coronatum hic lapidem tumulum coronis ex apio redimitum intellige cum Plutarcho.

Laudes in pueros: eorumdemq; dotes animi corporisq; uarias Tibullũ a Platone mutuatũ esse disceptamus. Cap. cxvi.

Aeterum ne lepore ingenioq; poetico tantum noster hic Albius censeatur adnectendum exemplum: quo summa doctrina eum scias enituisse.

Ne fuge: inquit: te teneræ puerorum credere turbæ:
Nam causam iusti semp̃ amoris habent.
Hic placet angustis qd equum compescit habenis:
Hic placidam niueo pectore pellit aquam:
Hunc quia fortis adest audacia cœpit: at illi
Virgineis teneras stat pudor ante genas.

Nonne parce: uerecundeq; sumpta sunt hæc a fonte platonico libro tertio de re publica: quem siqs audire uellet his nostris racemationibus intexui. Virum autem amori plurimum indulgentem ignorare non decet quod omnes in ætatis flore cõstituti puerorum amatorem quoquomodo stimulant atq; concitant cum digni cura ac dilectione esse uideantur. An non sic ergo in speciosos adolescentes affecti estis? Alius quia simus gratiosus iudicatur a nobis atque laudatur. Aquilinum uero regium appellatis. Alius quia medius istorũ

est:concinnus admodũ uobis esse uidet. Fuscos uiriles uocatis: Cãdidos deorum filios: pallidulũ aũt adolescentem quis appellauit nisi amator ipse blãdiens quodam modo et semipallidum dicat: in ephœbis pallorem facile ferens: et ut summatim dicam quascũq; captatis occasiũculas: quo neminem oĩno florentis ætatis adolescẽtem reiiciatis. At qui Tibullus supercilii: seueritatis: atq; latinæ disciplinæ memor: non defectibus: aut coloribus romanum amatorem capi demonstrat: uerum dotibus animi aut corporis: quibus pueri romani gratiores erant: siquidem corpora ingenio facile conciliante placent.

De Ioue Pluuio enarratus idem Tibullus. Cap. cxvii.

Apud eundem est hic uersiculus. Arida nec pluuio supplicat herba ioui. Erat enim hoc unum ex cognomentis iouis. Scribit Pausanias in hymeto monte atticæ fuisse aras iouis pluuii et præsagi. Iupiter enim pro pluuia summi solet. Maro libro. ii. georgicon. Et iam maturis metuendus iuppiter uuis. De ioue Pluuio multa ĩ Seneca leges. satis sit nobis indicasse. libro quarto q̃onum naturalium citat hunc uersiculum Seneca et Ouidio adscribit memoriæ lapsu non doctrinæ.

Dictum æmylii salsum et iocosum cum codicis Plutarchi restitutione: Quæ sint caryatides. Cap. c xviii.

Error est fœdissimus in codice Plutarchi cheronensis inuulgato ĩ uita Pauli Aemylii his uerbis. Cũ papyriam æmylius repudiasset post longum diuortii tempus: licet pulcherrimam sobolem ex ea suscepisset. hæc enim gloriosissimũ Scipionem et maximum pepererat: quæ autem causa diuortii fuerit non extat. Sed uidetur aliqua efficax rõ affuisse: illud autem constat: cum amici familiaresq; diuortium grauiter improbantes: æmylio dicerent: nonne hæc modesta? nonne formosa? nonne fœcũda? porrexit ille pedẽ: et calceum ostendens: Nonne pulcher hic calceus? non nouus? Sed nec quisq̃ uestrum nouit qua ex parte in eum contorquet pedem. Mendum esse reor in ultimo loco huius exempli. Scribendum est. n. nec quisq̃ uestrũ nouit: qua ex parte in eo contorquetur pes. hoc sensu: Calceus hic ẽ elegãs. Sed ego solus scio ubi me premat: et pedem meum torqueat: perinde uxor pulchra uobis ẽ: formosa: fœcunda: me autem quadam parte præmit: quam uos ignoratis inquit æmylius: ut ita legam facit hieronymus ita scribens libro primo contra Iouinianum. Legimus quẽdam apud romanos nobilẽ cum amici arguerent quare uxorem formosam et castam et diuitem repudiasset: ptendisse pedem: et dixisse eis. Et hic sotularis: quem cernitis uidet uobis nouus et elegans. Sed nemo scit præter me ubi

me premat. Possemus etiam scribere in eadē sententia. Nec quisquam ue strū nouit qua ex parte in eo cōtorquet pedē. hoc sensu. Nescitis qua pte calceus in eo in aliqua parte eius calceipedem contorqueat et premat.

Quæ sint in eodē cariatides. Cap. cxix.

i Dem plutarchus sic scribit in artaxerxe. Quo impetrato læta tum Clearchum officio eē: annulūq; sibi amicitiæ signum dedisse ad suos propinquos: necessariosq; futurum. Fuisse autē incisas in ānulo caryatidas saltātes. Sunt autem caryatides statuæ muliebres stolatæ. Si quis plenius scire desiderat: quæ nam sint illæ caryatides: quæ insculptæ essent annulo Vitruuiū audiat libro architectonicæ primo ita loquentem. Carya ciuitas peloponēsis cum persis hostibus contra græciam consensit. Postea græci per uictoriam gloriose bello liberati cōmuni consilio caryatibus bellum idixerunt: itaq; opido capto: uiris interfectis: ciuitate deleta matronas earum in seruitutem adduxerunt: nec sunt passi stolas: neq; ornatus matronales deponere: ut non uno triumpho ducerētur. Sed æterno seruitutis exemplo graui contumelia pssæ poenas pendere uiderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc architecti fuerūt. ædificiis publicis designauerunt earum imagines oneri ferendo collocatas: ut etiā posteris nota poena peccati caryatidū memoriæ traderetur. Quidam dictas uolunt a carya terræ laconicæ opido. Lactantius interpres Statii non ab opydo caryatidas appellatas inquit. Sed a nuce: qđ ibi uirginū chorus metu ruinæ cōscēdisset nucis arborem: finguntur. n. comites dianæ fuisse hæ uirgines. Propterea cecinit Papinius. Plaudentiq; habiles caryæ resonare dianæ. De quibus Plinius intelligit ita loquēs libro. xxxvi. na. hist. Paxitelis Romæ opera sunt Thyades et caryatides.

De noxa: quæ alphos dicitur idē Plutarchus enarratus. Cap. cxix.

i Dem sic scribit in eodē artaxerxe. Atossæ amore post nuptias ita uehemēter incensus fuit ut cum morbo quodam: quod alphon uocāt: teneretur: nihil tamen ob eam causam fastidierit. In hoc redarguēdus est interpres Plutarchi: qui alphon dixit græce cum uitiliginē debuisset. Alphon eni græci dicūt nos uitiliginē maculas quasdā uersicolores uultus æquor dehonestantes. Plinius Alpheum Pisæ fluuium auctor ē sic appellatū quoniam tollit alphos hoc est uitiliginē: nec obstat Cornelium Celsum libro sexto medicinæ alphon spēm uitiliginis dicere non uitiliginē. Euenit sæpe ut quod totum significat apud græcos: partem significare uideat apud latinos: exemplū græcarum literarum studiosis ī numerato ē et expedito: patet in stemma dictione. Quod si quis dixerit alphon græce uitiliginem non significare. Sed uitiliginis spēm: mox interrogem quo nomine græ

ci uitiliginem ipsam uocent. Vitiligo:inquit Celsus:quamuis per se nul lum periculum affert:tamē fœda est:et ex malo corporis habitu fit. Eius tres species sunt. Alphos uocat̃ ubi color albus est fere subasper:et nō cō tinuus ut quædā quasi maculæ dispsæ eē uideat̃. Interdū etiā latius:et cū quibusdam intermissionibus serpit. Melas colore ab hoc differt:quia ni ger ē et umbræ similis. Cætera eadem sunt. Leuce habet quiddam simile alpho. Sed magis albida est:et altius descendit:ī eaq; pili sunt lanugini si miles. Omnia hæc serpunt. Sed in aliis celerius:in aliis tardius. Alphos et melas in quibusdam uariis temporibus et oriuntur et desinūt. Leuce quē occupauit nō facile dimittit. Iosephus libro septimo scribit uitiliginosos apud Iudæos non participare sacrificia.

Quid sit Archiuū Eusebii uerbū explicatum Cap.cxx.

e Vsebius libro primo historiarū ecclesiasticarum sic scribit. hoc in archiuis publicis edissenæ ciuitatis:in qua tūc su pradictus Abagarus regnauit. Archiuū ut uerbū Eusebii intelligas locus ē publicus:in quo acta urbis et ciuium re condi cōsueuerunt:sicut romani tabulariū dicunt. De ar chiuo et Placiades meminit. Iosephus libro secundo. Post quod ignē ar chiuo intulere uolentes oīa creditorum documenta disperdere: ne esset unde creditæ pecuniæ rō pateret. Idem libro septimo. Archiua monumē torum publicorū receptacula exusta esse scribit. De archiuo meminit Vl pianus digestis de poenis sic prodens. Ne eo loci sedeant quo ī publico in strumenta deponuntur archiuo forte uel grāmatophilaccio. Accursius fallitur ī utroq;. Archiua apostolicæ sedis noiant̃ in decretis canonicis cā xxx. quæstione prima.

De Toparcha et toparchiis:et Topo Eusebius enarratus. Cap.cxxi.

p Aulum infra idem Eusebius. Abagarus uchamæ filius to parca: scribe toparcha. Sic enim ille: qui τοῦ τόπου hoc ē regionis unius uel loci potius curam administrat:quæ to parchia uocabat̃. Erāt enim in arabia orienteq; tales præ fecturæ:quas etiam tetrarchias appellarūt. In alia signifi catione τόπος a græcis ē pars syllogistica πρὸς ἑτέρους λόγους ἀξιώματος hoc est topoteretes species est pronunciati. Græci differētiam faciunt in ter τόπον et παράγγελμα hoc est locum et præceptū:aiuntq; præceptū eē cōius et uulgatius:a quo locus iueniat̃. Principiū.n. loci præceptū ē:quéad modū locus epichirematis. Topi apud Aristotelē sunt principia iformia differētiū argumētorū unde opus Aristotelis inscribit̃ topica quoniā illic rōem reddit quo pacto iueniat̃ loci. Cordæ quoq; a græcis dicūt̃ τόπια. Adde et hoc de nabathena toparchia fieri mētionē a Iosepho lib. secūdo.

Qui sint gonorhæi Iosephus emendatus et explicatus. Cap. cxxii.

Osippus libro sexto de iudaico bello sic inquit. Gonihoi theos hoc est semine fluentes: itemq leprosos tota ciuitas arcebat: et fœminis mẽstrua soluẽtibus clausa erat. Scribo. Gonorheos hoc ẽ quibus semen fluit. hoc. n. latinitati cõuenientius. γόνον græci semen uocant: unde onirogonos fluxus seminis in somnis: quæ res multos male agit: medelam saluberrimã huic noxæ Plinius sentit laminã rhenibus refrigerãdis ĩpositã. ῥέω ẽ fluo: unde Gonorheus/ cui fluit semen. Firmicus libro sexto matheseos ex hoc fluxu seminis prouenientes gonorhoicas mortes appellat. Si cupidinis locis mars et saturnus fuerit partiliter cõiuncti: et sit ipse locus ĩ aliquo geniturę cardine constitutus: uenerem uero his: quos diximus: qualibet rõe respexerint: gonorhoicas mortes efficient. Gonorhea morbus hic dicit. Idem firmicus autor est libro. ii. Si mercurius cũ uenere fuerit: uel cũ mercurio uenerem ĩ hoc loco positam maleuola stella respexerit p quadratũ uel per diametrum uel si cũ ipsis in hoc loco fuerit inuenta: omne eius q natus fuerit patrimoniũ dissipatur / uel qualicumq proscriptione nudatur. Mors uero illi per gonorheam idest p defluxionem seminis: aut contractionem: aut p spasmum: aut p apoplesim infertur.

Emaculatus eiusdem codex de monte oliueti: qui Eleon dicitur. Caput. cxxiii.

Libi sic in eodem Iosepho scriptum leges. His auté præceptũ erat sexto ab hierosolymis stadio castra ponere: qua parte mõs: qui appellaẽ elacon. Lego. æleon hoc ẽ ἀ ἐλαιῶν idest oliuarũ. hodie montem oliueti dicũt. quoniã oliuetis consitus erat. Inferius et montẽ oliuarũ dictitat: et mõtẽ æleon.

De taureis pro genere uinculi idẽ enarratus. Cap. cxxiiii.

Erba eiusdẽ libro secũdo. Præfecti aũt militũ curabãt cõprimere tumultũ: et pugnaces quosq cõprehẽdẽtes taureis ulciscebanẽ et uinculis. Taureas summe pro uinculis e bubulo corio cõfectis. Scribit Eutropius de gestis romanorũ Tarquinium priscũ excogitasse uincula: taureas: fustes: latumias: carceres: compedes: catenas: exilia: metalla.

De Imarmene correctus eiusdẽ codex. Cap. cxxv.

Dem Paulũ supra. Saducei porro. i. secũda collectio Inarmenẽ omnifariã negãt: et deũ extra omnẽ mali patrationẽ inspectioneq constituunt. Imarmenẽ lego et fatum interp̃tor: de qua si recẽserem Augustini et Apulei sñias nimis longum facerem.

De Nymphæis enarratus idem . Caput.cxxvi.

a Mplius in eodē libro primo sic lego. Nec nō et apud sidonē et damascū theatra cōdidit: apud ascalonam uero nymphæa siue lacus ornatissimos et balneas. Nymphæa uocat hic lacus scaturiētes aqs delicatissimis habito respectu etymologiæ dictionis.νυμφαν.n.græci uocāt aquam. In alio tamē significatu nymphia dicūt thalami nouis nuptis apparati: quæ nymphæ dicuntur: inde paranymphi qui comitant nymphas: et neonymphi noui sponsi. Existimo apud Capitolinum congruentius exponi nymphia pro lauacris q̄ pro thalamis genialibus cum sic ait. Opera gordiani romæ nulla erāt præter quædam nymphia et balneas. Si nymphia uerbum hoc Capitolini alibi aliter interpretatus essem falsa coniectura sum deceptus: quoniam scilicet in græcis epigrammatis τὰ νυμφεῖα pro thalamis nuptialibus inueneram.

Quid sit Chiliarchus in eodē et decadarchus. Cap.cxxvii.

a Pud eūdē hunc scriptorē chiliarchum cū reperies expone illū qui preest mille hominibus. Decadarchū q decē: quē latini decurionem dicūt. Curtius libro qnto. Nouē q fortissimi iudicati essent: singulis militum milibus præfecti erant: chiliarchas uocabant.

De uerbo græco cycnologo: et Martiani codex emendatus Caput.cxxviii.

n On iniocundam nec insuauē Martiani fabulosam inuentionē Beotius putat: qua philologiæ mercuriiqꝫ nuptias asiatico stilo cōcelebrat. Opus arduū ē: et multa lucubratione dignū. In primo huius fabulæ uolumine sic scriptū reliqt. Quid Mi patet istud: quod nōdū uulgata materia cātare depropas: et ritu nictātis āntistitis priusq̄ fores adytūqꝫ reseratres ginologesis. Aiaduersa poetæ sentētia/collatisqꝫ codicibus multifariis a utulmo scribēdū eē nō ginologesis. uerū cycnologis. Et hic erit martiani sensus. Martianus iteruenies auditis uersibus quēdā sapientē alloqt: quærēs cur nondum uulgata materia orationeqꝫ pedestri explicata summatim ordiatur a uersu imiteturqꝫ antistites et pythias: sibyllasue: quæ materia nō uulgata incipiunt reddere carminibus oracula: anteqꝫ incipiūnt loqui q̄ fores aperiant: quæ tamen eo loquente sacerdote statim aperiunt: similiter inquit Martianus priusq̄ fabulæ tuæ fores aperueris cantum incepisti non secus ac pythias: quæ prius incipit oraculum fere q̄ templi fores aperiantur. Sed eo momento quo pythia resoluit ora fores illico reserantur. Hunc morem Virgilius ita describit libro æneidos sexto.

Hostia iam q; domus patuere ingentia centum sponte sua: uatisq; ferūt responsa per auras. Nictantem antistitē sacerdotem uaticinantē nuncupat: phœbo premente oculos: conniuētē ut nictare uideret. Est autē nictare autore Fulgentio cinum facere siue in placiade legendum est signū facere oculo uidelicet admonere. Inter nutare et ānnuere et nictare ueteres hoc īteresse uoluerunt: ut nutare sit capitis: ānuere uel inuere narium uel labiorum: nictare oculorum. autor Marcellus. In integris Pompei codicibus legunt hæc. Nictare ē oculorum et aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari dictum ab antiquis. Lucretius libro quarto. hic ubi nixari nequeunt/insistereq; alis. Hoc Plautus nitoris latini parēs obseruās interdicit philenio ne ulli homini nutet: nictet: ānuat. Cycnologis uero: quod superest explicandum: uerbum ē: quod e re nata Felix elegantissime cōfinxit. Expone cycnologis dulciter et amœne canis in similitudinē suauis cantilenæ: quam moriturus olor eliquat: præcipue cum morti propinquus ē: quod Ouidius significat his.

Utq; senex ripa cantare caistrius ales
Dicitur ore suam deficiēte necē. Alibi. Carmina iam moriēs canit exequalia cycnus. Et poeta. Quod lyra: quod cytharæ: quod moribundus olor. Cum dulces suauissimiq; poetæ cycni uocentur: ut cuiuis patet: inceperitq; Felix capella a dulci: quærulo q; carmine: festiuitet ait illum κυκνολογεῖν hoc ē imitari cantilenam cycni moriētis: qui tunc præcipue longa canoros Dat per colla modos. Cycnon enim græci uocant olorē: λόγος sermonē: cantum: uocē. Non omittēdum ē quod traditur a Platone his uerbis in phœdone. Deterior cycnis ad diuinādū uobis esse uideor: illi quidē quando se breui præsentiunt eē morituros; tunc magis admodum dulciusq; canūt q̄ antea consueuerint cōgratulantes quod ad deum sint: cuius erant famuli iam migraturi. Profecto haud animaduertunt nullam eē auē: quæ cantet quando exuriat aut rigeat: aut quo uis alio afficiatur icōmodo. Non ipsa philomena aut hirūdo nec epops: quos ferūt per quemoniam cantare lugētes. Fulgētius Placiades Cycnum auē querulam et inuidam uocat: cui nomē hesent apud latinos oloris ab ὀλιγωρία hoc est despiciētia: additq; propria carne uiuere: inuicēq; se comesse solitos: cuī suffragator ē Plinius.

De Stilbonte uox placiadis explicata: de bupædis. Cap. cxxix.

Dē Martianus iferius sic ait. Certū q̄ppe ē q̄d et phœbæo coniuēs splēdore succūbat: et cū stilbōte icedēs cōnubiorū copulis allubescat. Stilbōtē mercuriū iterp̄tare: cuius sidus ita Plinius appellat a uerbo græco στίλβω quod significat resplendeo q̄d eius orbis coruscus est et splēdidus.

σιλβίλης a græcis uocatur uates optimus. σιλβονίλης lucidus. Paulum infra hæc quoq; Capella scribit.

Possem minore ambigens fiducia
Pubeda uix dum uel paterna contremens
Solum tonantem pignoris pro fœdere
Præcepta adire iniugata cælitum.

Pubedā nonnulli noue uolunt usur pari pro eo: quem puberem uocamus: quod uanum et perdelirum cōmētum est. Ego pupæda scribo. Sunt enim bupædes siue bupædæ pueri; q fecerunt finem excrescendi: quos latini uocant exoletos: græci bupædas uocant assueti rebus magnis. bu. syllabam præponere: qua figura loquendi busicos marisca ficus a magnitudine uocatur. bulimos magna fames: bupina magna sitis. uulgo bucentauri cētauri magni. Est enim cētaurus nauis nomen.

Ecbatana in Curtio legēdum esse. Cap. c. xxx.

Vm uenetias orbis nobilissimum emporium animi gratia petiissem ad officinatorem librarium diuerti ut priscos auctores hoc est amicos inuiserem. Extra sortem allatus est. Q. Curtius bene et diligenter emēdatus: quem nescio quis literator assistēs docte et examussim editum iactitabat: ut nec tantillus error appareret: nec quidē apicis unius decoloratio. His gloriis oppletum me grammaticulus ille et alioquin emacem tetigit. Statim lego periculum facturus diligētis exemplaris. Incidi in hæc uerba libri primi: quæ satis superq; nugonem illum represserunt. Se quoq; cum transisset mare non Ciliciam aut lydiam ignorare: quippe tanti belli exiguam hanc esse mercedem. Sed persepolim caput regni eius. Bactra deinde et battaua: ultimiq; oriētis oram imperio suo destinasse. Illico uerto me ad inhiantē: inter metum: spemq; pēdulum grammatistam: admoneoq; inibi mēdum esse. Non enim bataua recognoscēdum est. sed ecbatana. Est enim ciuitas mediæ ecbatana. Batauí uero populi germaniæ: quos auricomos Silius appellat nihil ad hunc sensum faciētes. Strabo libro undecimo geographiæ. Media ē in partes duas diuisa: quarum alteram maiorē uocant: cuius metropolis fuit ecbatana magna ciuitas et medici imperii caput: qua nunc etiam parthi regia utuntur. Nam reges ibi æstatem agunt. Frigida. n. est media: hyeme uero seleuciæ: quæ secus tigrim ē prope babylonem. Lucilliana uerba adducit Marcellus grāmaticus in hunc fere modum. Ad tegeem legatus rhodium et barbaram et babylonē ibo: cercurū summā. Tu scribe. rhodiū et ecbatanā. Eadē mēdi indoles inoleuit libro quinto in Curtio. His copiis auctus Darium prosequi statuit. Ille iam ebataua peruenerat caput mediæ.

Lege ecbatana. Et paulopost. Alexander audito Darium mouisse a batauis omisso itinere: quod petebat in mœdiam fugientem insequi pergit strenue.

De Doriphoris codex eiusdem emendatus. Cap. c xxxi.

a Pud eundem libro primo sic scribitur. Hæc uero turba muliebriter prope modum culta luxu magis q̃ decoris armis conspicua erat: diriphoroe uocabant. Scribo Doriphoroe hoc est lancearii: qui scilicet hastati dicuntur a romanis: q hastas gestabant peculiare illius agminis insigne. Nomen deflectitur a dictione græca dory: qua hasta significatur / et phoro fero est.

Sentētiam hanc: Deum hoc solo priuari ne facta infecta facere possit: Agathonis esse / Codex Aristotelis ī ethicis emēdatus. Cap. c xxxii.

a Ristotelici libri τῶν ἠθικῶν νικομαχείων sexto uolumie ex probanda Leonardi aretini interpretatione sic scriptū seruant. Non enim de præterito electio est. sed de futuro possibili: factum autem ne factum sit fieri non potest. Itaq; recte agat homo. Hoc solo deus priuatur infecta facere quæcūq; sunt facta. Quin imo scribe. Itaq; recte ait agathon hoc solo deus priuatur. Accipite si negatis philosophici turbines et atticæ febres uerba ex lingua aristotelis hoc est græca.

Οὐ δὲ γὰρ βουλεύεται περὶ τοῦ γεγονότα· ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου καὶ ἐνδεχομένου τὸ δὲ γέγονος, οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι· διὸ ὀρθῶς ἀγάθων· μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ᾽ ἂν ᾖ πεπραγμέναι.

De Cercyone a Cancro percusso codex Aristotelis integritati redditus. Caput. c xxxiii.

i Dem libro septimo ethicorum hæc scribit. Non enim si quis uehementibus excessiuisq; uoluptatibus aut doloribus superantur mirandum est. sed uenia danda est si contra nitens ceu theodecti philoctetes a serpente percussus uel carini malo pœon: et ceu hi: qui risum tenere conati accumulatum emittunt: ut accidit xenophonti. Sed si quis: quibus pleriq; resistere ualent succumbit non propter naturam generis uel propter morbum ceu scytarum regibus mollicies inest propter genus: quod tanquam effeminatum a uirilitate secessit. in his uerbis. Vel carini malo. error apparet. Scribendum est. carcini uel cancri cauda. græce sic. ὥς περ ὁ θεοδέκτου φιλοκτήτης ὑπό τοῦ ἔχεως πεπληγμένος, ἢ ὁ καρκίνου ἐν τῇ ἀλόπῃ κερκύων.

De protagora rhetóre intelligendum et scribendum apud eundem non pythagora. Cap.cxxxiiii.

i Dem libro nono ethicorum sic. Nam qui primo dat uidetur permittere: quod aiunt et Pythagoram seruasse. Cum enim docuerat extimare discipulos iubebat quanti sibi uiderentur illa: quæ ab eo didicissent. et tātum accipiebat. Scribo ex codice græco protagoram non pythagoram. Fuit enim protagoras artis oratoriæ doctor. Audi Aristotelē græce loquētē. ὁ γὰρ προϊέμενος, ἔοικεν ἐπιτρέπειν ἐκείνῳ, ὅπερ φασὶ καὶ πρωταγόραν ποιεῖν. ὅτι γὰρ διδάξειν ἅλλάποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν ὅσου δοκεῖ ἄξια ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον.

Homosypnos et homocapnos in Aristotele legendum. et Trutinatum Maronianum carmen. Cap.cxxxv.

i N Aristotelis libro primo politicorum græce sic scriptū ē. ἡ μὲν οὖν εἰς πᾶσαν ἡμέραν συνεστηκυῖα κοινωνία κατὰ φύσιν, οἶκός ἐστιν. οὓς χαρώνδας μὲν καλεῖ ὁμοσιπύους. ἐπιμενίδας δὲ ὁ κρὴς ὁμοκάπους. Duæ dictiones inuersæ totum aureæ sententiæ textum commaculant: quā ad se hoc est ornatum aristotelicum redire facies si ὁμοσύπνους scribes et ὁμοκάπνους. Homosypni uero dici possunt, qui simul sub eodem lecto dormiunt: quod familiarium proprium est. Homocapni demum uocabuntur: qui ad eundem fumum hoc est ignem uitam ducunt. Leonardū aretinum interpretem alioqui fidum deceperunt peruersi codices et infecti, propterea in eius latina interpretatione duo monstra pro duabus elegantissimis dictionibus supposita deprehendes. Interpretamentum sententiæ græcæ arretini uerbis hoc ē. Quotidiana igitur societas secundum naturam constituta domus ē. Eos charondas homosyphice: Epimenides uero cretensis homo capros appellat. cum legendum sit homosypnos et homocapnos. Et q̄d subdit Aristoteles. μάλιστα δὲ κατὰ φύσιν ἔοικεν ἡ κώμη ἀποικία οἰκίας εἶναι. οὓς καλοῦσί τινες ὁμογάλακτας παῖδάς τε καὶ παίδων παῖδας. Expōit sic Leonardus: modo uulgati codices fidē fidissimo interpreti seruant. Maxime uero secundum naturam uidet̄ pagus propagatio quædam esse domus: quos dicimus coluisse et natos esse natorum. Ridicula mhercules uerba: cum quibus colluctandum non ē. Sic ergo interpretare postrema uerba. Quos uocant quidam collacteos uel collactaneos: nam utrūq; latinum est: natosq; et natorum natos. Hanc sententiam expressit Maro. Et nati natorum: et qui nascentur ab illis, quamuis ex Homero Maro sumpsisse potuit. Lege Strabonem.

De bachiadis codex Aristotelis secundo politicorum emendatus.

Capur.xxxvi.

L

Ibro politicorum secundo ex interpretatiõe eiusdẽ aretini leguntur hæc. Erat autem philolaus ex familia bachtadũ amicus uero Dioclis: q olympia uicit. Tollendũ illud portentum bactadũ et bacchiadum scribẽdũ ex codice liguæ Aristotelicæ hoc ẽ græcæ ubi scribit. ἀγένετο δὲ ὁ φιλόλαος τὸ μὲν γένος, τῶν βακχιάδων, ἐραστὴς δὲ γενόμενος διοκλέους τοῦ νική/σαντος ὀλυμπιάσιν. In eodem libro parum supra sic scribit. Nã et Thessali ab initio rebellarunt dum cũ finitimis achæis et cum pyramis et ma/gnesiis gererent bellum . ubi pyramis legitur tu scribe perræbis. Qui sint perræbi omnes norunt.

De epidamno quod Dyrachium sit et de opuntiis. Cap.cxxxvii.

c

Ircũfert strumosus eiusdem Aristotelis codex libro politico/rum tertio iis uerbis. Nam ille qui secundum reges dicit rex non facit ut diximus regiæ gubernationis spẽm. quia in cũctis rebus publicis cadere potest ut sit quidam ducẽdo exercitui quoties ciuitas bellum gerit perpetuo ꝑfectus puta in popularis statu et optimatium gubernatione/pluresq; autoritatem uni committunt belli gerẽdi. Est autem talis quædam deputatio apud duratiũ et apud sipontinos: licet apud sipõtinos paulo cõstrictior. In his ultimis uerbis uidetur indecore uerbum uernaculum usurpasse doctissimus interꝑs: nisi codex: quod magis credo: mendosus est/cum duratium pro dyrachio posuerit/Græce.n. sic scriptum est. τοιαύτη γάρ ἀρχή τίς ἐστι καὶ περὶ ἐπίδαμνον καὶ περὶ ὀποῦντα δὲ κατά τι μέρος ἔλαττον. hoc ẽ. talis quidẽ primarius est apud beneuentum et apud opunta. Sed apud opuntẽ nõ ita uniuersalis uel iuxta partem. Vno eodemq; momento corriges et supple/bis exemplar Aristotelicum ex editione ueneta: in quo nõnulla decorem pilosophi decolorantia per incuriam uisebantur. De epidamno ciuitatẽ proxima tarẽto hæc Strabo libro.vi.geographiæ. At.n. brũdusio i trãsmarinã ripã nauigatio ẽ una qdẽ ad ceraunia: litusq; deinceps reliquũ et epiri et græciæ: altera epidãnum q̃ prima longior. Nã mille et.dccc.stadiis ẽ. Trita et hæc ẽ cum urbs ipsa cõmõde et ad gentes illyricas et macedonicas sita ẽ. Plinius autor ẽ diritatẽ uerbi romanos præcauẽtes cũ epidamnũ deducerẽt dyrachium nuncupasse. hodie durachium uocãt. Ciues dyrachinos. Epidãnũ ex autoritate Appiani dicit a nomine regis: uocatam dyrachium aiunt a nomine illius: qui urbi portũ adiecit. Thucydides libro primo. Epidamnus ẽ urbs ad dextram sita nauigantibus ionium sinum

uersus: cui finitimi sunt tablantii barbari gens illyrica. hāc habitatū uene runt cercyrenses coloni a phasio corinthio deducti: q erat ab hercule ori undus heraclydæ filius ex metropoli secundum ueterē legem accersito. Nōnulli etiam corinthii: et alii præterea doricæ gentis ex colonis fuerunt. Dirachium appellatur quasi dis rachion hoc est difficilis exitus. Mutatur in hac dictione. S. in. R. quemadmodum ī aliis pluribus fieri solet. Inuenio in nonnullis græcis cōmentariis Herodotum epidamnum urbem collocare nauigantibus ad dextram ionii. Eustachius in Dionysium. interp̄tatur ideo dirachium dictam propter asperitatem peninsulæ in qua sita est. Rachis græce spina dicitur. Est enim nodis confragosa instar spinæ: quæ inter lumbos posita dorsum efficit. Apianus in secundo bellorum ciuilium. Ipse ad dirachium tute proficiscitur: quod nōnulli epidānum arbitrantur esse huiusmodi nominis opinione ducti Rex quippe barbarorum epidānus urbem supra mare condidit: quæ ab ipso nomē assumpsisse creditur. huius ex filia nepos dirachus ex neptūno genitus: ut quidam perhibent: portum urbi adiecit: qui dirachium appellatur. Deinde cum fratres aduersus illum bellum gererent: hercules ex erithia rediens pro telluris parte in eos depugnauit: quamobrem dirachini herculem ueluti telluris eorum ex parte incolam fuisse autumant dirachium non utiq infitiantes: uerum ad herculem tanquam ad deum per prius inclinantes. Ferunt quoq ea in pugna Ionium dirachi filium ab hercule per erorem interfectum fuisse: herculē corpus tumulantē in mare proiecisse ut cognomen illi imponeret. procedente deinde tēpore phryges quosdam e phrygia redeuntes regionem et urbem occupasse: deinde Taulantios post illos illyricum genus. Post Taulātios aliam illyricorum gētem liburnos accessisse: qui finitima quæq citis nauibus inuaderent: et ob id a celeritate nonnullas a Romanis naues liburnicas dici: cum quibus primum ad pugnam ueherentur. Qui a liburnis a dirachio expulsi fuerant. Cercyræos mari potentes in eos induxere: liburnosq expulere. eo modo cercyræi se illis imiscentes urbem coluere: qua ex causa græcorum huiusmodi uidetur esse portus. Cercíræi appellationem ut infaustam permutantes: urbem: quæ desuper imminet epidamnum uocauere: sic Thucydides illam nominat: uicitq subinde consuetum nomen. Nam dirachium appellatur.

Opuntii in ora locrensi collocantur a Strabone libro nono. dicti autē sūt opuntii ab primaria illorum ciuitate metropoli phocensibus et boetiis finitimi. Locri enim uarii. opuntii. epizephyrii. ozolæ. et epicnemidii a mōte cnemide uocati. Ego in codice aristotelico opuntios potius legerem q̄ Sipontinos. quoniam ὀπούντια græce est scriptum de sipūto Plinius.

De stentore illo uocalissimo emaculatus eiusdem Aristotelis codex.

P Raeterea quis non mirabitur in eiusdem auctoris libro septimo politicorum paruum quidem mendū nō contēnēdū tamen: siquidem ex minima scintilla maximum excitatur incēdium. Verba aristotelica sunt haec. Nam quis dux eēt tam excessiuae multitudinis aut quis pco non stertonius? Corrigo stentorius hoc est stridulus et uocalis qualis in achiuorum exercitu fuit stentor. De quo Satyrus. Tu miser exclamas ut stentora uincere possis: de cuius uoce prouerbi loco habitā sic Suidas. στεντόρειος φωνή, ἢ τοῦ στέντορος. In codice aristotelico sic scriptum est. τίς δά ρ στρατηγὸς ἔσται τοῦ λίαν ὑπερβάλλοντος πλήθους· ἢ τίς κήρυξ μὴ στεντόρειος.

De Troezenis intelligendum in Aristotele. Cap. c xxxix.

a Pud eundem interpretem Arretinum libro septimo politicorum prope calcem haec ad hunc modum reperies. In partu quoq; laborant magis puellae ac pereunt plures: ex quo respōsum oraculi tricenis datum. Quidam existimāt ob istam causam quasi multis pereuntibus propter imaturitatem nuptiarum non propter fructuum collectiōem. Parua in his macula non paruam gratiam ex aristotelis exemplo demit: quare non tricenis: quod sententiam inuertit a populis ad aetatem. sed troegenis scribendum est hoc est τροιζηνίοις. Si quis autem uerae linguae hoc est graecae affectator sententiam graecam perlegere mallet his nostris assuendam duxi. διὸ καὶ τὸν χρησμὸν γενέσθαι τινές φασι διά τοιαύτην αἰτίαν τοῖς τροιζηνίοις· ὡς πολλῶν διαφθειρομένων διὰ τὸ γαμίσκεσθαι τάς νεωτέρας, ἀλλ᾽οὐ πρὸς τὴν τῶν καρπῶν κομιδήν.

Quid per Terebratum uas in Aristotele debeat intelligi.

Caput. c. xl.

i N aureo opusculo Aristotelis quod ὁ οἰκονομικῶν hoc ē de re familiari inscribitur digna tanto philosopho sententia legitur quae talis ē. εἰδη δὲ τοῦ οἰκονόμου τέτταρα ἃ δεῖ ἔχειν περὶ τὰ χρήματα· καὶ γάρ τὸ κτᾶσθαι δυνατὸν χρὴ εἶναι καὶ φυλάττειν· εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν ὄφελος τοῦ κτᾶσθαι· τὸ γάρ ἠθμῷ ἀντλεῖν τοῦτ᾽ ἐστιν καὶ ὁ λεγόμενος τετρημένος πίθος. Latine hoc sonant. Modi enim quatuor quos oportet habere circa pecuniā patrem familias. Nam et quaerere posse conuenit et quesita tueri: alioqui nulla quaerendi foret utilitas. Nam crebro haurire nihil aliud est q̄ quod dici solet: terebratum uas. Cum quispiam frustra laborat et sine emolumento et fine: i uas pertusum aquam dicitur ingerere ea scilicet cum primum intus instillata est extra extillāte. hoc adagium sic explicatum inue/

nio in græcis prouerbiis. ἄπληστος πίθος· ἐπὶ τῶν πολλὰ ἐσθιόντων καὶ γαστριμαργούντων· μετήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ μύθου τοῦ περὶ τὰς Δαναΐδας καὶ τοῦ πίθου εἰς ὃν ἀνιμῶσαι ὕδωρ βάλλουσι. λέγεται γὰρ οὗτος ὁ πίθος ἐν ᾅδου εἶναι οὐδέποτε πληρούμενος· πάσχουσι δὲ περὶ αὐτὸν αἱ τῶν ἀμυήτων ψυχαὶ καὶ κόραι ἃς Δαναΐδας λέγουσιν. αἳ πληροῦσαι ἐν κατεαγόσιν ἀγγείοις ὕδωρ πρὸς αὐτὸν φέρουσι τετρημένον. Prosequitur longis uerbis autor prouerbiorum fabulam danaidum filiarum: quæ maritos suos peremerunt excepta hypermestra quæ lynceo pepercit. In deuorantes et ingurgitantes. Hac enim pœna danaides infestantur ut in uase perforato aquam gestitent: quæ mox inde guttatim elabitur: et ita: nunquam expleto uase: labor puellarum haud quaquam intermittitur: de qua re sic Tibullus. Et danai proles: ueneris quæ numina lesit In caua lœthæas dolia portat aquas. Lucianus utitur et hoc adagio ī Timone. ὥστε εἰς τὸν τῶν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορεῖν μοι δοκῶ. hoc est. quare ad danaidum dolium aquam ferre mihi uideor. Sensum et appetentiam philosophi perforatum dolium uocant: ad quod lucianus allusit: qui τετρημένον πίθος hominem dicit ingratum. Plato in gorgia. Elegans quidam uir siculus fortasse uel italus in his confabulatus hanc animi partem propter suasionem credulitatemq́ lubricam alludens nomini: dolium appellauit. Dementium uero profanorum atq́ damnatorum hanc animi partem: quæ libidinibus agitatur tanquam futilem ob incontinentiam inexplebilem: perforatum esse dolium inquit. Eorum qui apud obscuros sunt inferos eos esse miserrimos: qui tanquã omnino profani damnati sunt: atq́ aquam in uas perforatum cum alio etiam perforato uase inferre. Esse autem hoc aliud uas siue cribrum: ut dicebat is qui me docuit: dementium animum: quem ideo perforato uasi assimilauit quod propter infidam affectionem obliuionemq́ nequeat infusum aliquid continere. Propertius. Dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis.

Signa fortis cum codice Aristotelico Luci suæ restituto. Cap.cxli.

Ristoteles eo libello coniecturali: qui φυσιογνωμικά in
a scribitur doctissime imo prope diuinitus corporis fortis signa comprehendit. Latina interpretatio adeo mutila est imo stercorea prorsus et cloacalem fetorem redolẽs ut nedum aliquid ex ea nostris his placeat inseruisse. Sed bonas me horas in ea translegenda posuisse dispudeat. Sed audi græce loquentem Aristotelem. ἀνδρείου σώματος σημεῖα. τρίχωμα σκληρόν. τὸ σχῆμα τοῦ σώματος, ὀρθός. ὀστᾶ καὶ πλευραὶ καὶ τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος

ἰσχυρὰ καὶ μεγάλα· καὶ κοιλία πλατεῖα καὶ προσεσταλμένη. ὠμοπλάται πλατεῖαι καὶ διεστηκυῖαι, οὔτε λίαν συνδεδεμέναι, οὔτ᾽ ἐπὶ παντάπασιν ἀπολελυμέναι· τράχηλος ἐρρωμένος οὐ σφόδρα σαρκώδης· τὸ στῆθος σαρκῶδές τε καὶ πλατύ· ἰσχύον προσεσταλμένον· γαστροκνημίαι, κάτω προσεσπασμέναι· ὄμμα χαροπόν· οὔτε λίαν ἀναπεπταμένον, οὔτε παντάπασι συμμῦον· αὐχμηρότερον τὸ χρῶμα τὸ κατὰ τοῦ σώματος· ὀξὺ μέτωπον· εὐθὺ, οὐ μέγα· ἰσχύον οὔτε λεῖον, οὔτε παντάπασι ῥυτιδῶδες. Ita latine exponas. Fortis corporis signa. pilus asper: status corporis erectus. ossa et costæ/et extrema corporis robusta et lata. Aluus uero lata et substricta. Scapulæ latæ et disiitæ siue distãtes nec nimis colligatæ nec omnino dissolutæ. Collum robustum non ualde carnosum et latū. Coxendix substricta. Sura deorsum cõtracta. Oculus pætus siue gratiosus nec impédio expansus nec contractus. Siccior color corporis. acuta frons/recta/nõ magna. Coxendix non læuis/nec usq; quaq; rugosa.

Quid sit osphys in Aristotele et qđ latina dictione non caret.

Capur. cxlii.

Dem Aristoteles quando de signis ἀναισθήτου hoc est insensati agit sic retulit. ὀσφὺς σαρκώδης· σκέλη μακρά· τράχηλος παχύς. Interpres et omnis nostratium philosophorum schola osphyn lumbos interpretantur. cum lumbus autore uiro magni nominis Theodoro Gaza dicatur græce διάζωμα. Osphyn uero modo cígulum: modo cictū latini aiūt: quod ignorauit Gaza qui cum de hoc cinctu libro primo de animalibus referat non inueniens uerbum latinum quo apte græcum exprimeret peregrinā uocem latio condonauit. Erat sic Aristoteles transferendus in physionomicis. Cinctus carnulẽtus. Crus lõgum. Collum pingue. Osphys pro cictu reperitur in luciani dialogo: cui titulus λεξιφάνης.

De oculo charopo uox Aristolis explicata. Cap. cxliii.

Bidem sic Aristoteles de leone agens. ῥῖνα δὲ παχυτέραν ἢ λεπτοτέραν· χαροποὺς ὀφθαλμούς. Bellus iterpres sic. Nasum autem magis grossum q̃ subtilem: oculos carpos/ quamuis carpos pro charopos scriptum puto. Ille nanq; facetus iterpres cum nõ inueniret uerbum græcum qua dictione latina interpretaretur in sua lingua peregrinabatur cum charopos dicatur oculus: q aspectu gratiosus est. χαρὶς gratia dicitur. ὀψὲ ὀπὸς aspectus. Charopos latine amabilis: petus: blandus: illix: gratiosus: uenustus: decens non indecore uerti potest. Nonne aurora ab Apollonio libro primo argonauticon χαροπὴ dicitur hoc uersu. ἦμος δ᾽ οὐρανόθεν χαροπὴ ὑπολάμπεται ἠώς.

Quæ sint sphyra in Aristotele. Cap.cxliiii.

b Oc adde cũ Aristoteles inqt. ὅσοις τὰ περὶ τὰ σφυρά εὔλυτα καὶ διηρθρωμένα, ἰσχυροὶ τὰς ψυχάς, ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν γένος. Inuenio sic ab interptete festiuissimo expositum. Quibuscũq; ea: quæ circũ cauillas sunt neruosa et articulosa fortes sunt secundũ animã referunt ad masculinũ genus. Nisi cauillã hic morio ꝓ talo accipiat: dictionis insolentiam recipio me nõ tenere. sed hoc pacto sphyra ne exponas. Immo sic. quibuscũq; ea quæ circa talos. τὸ σφυρὸν græci talum nominãt. quos. n. Homerus et Dionysius aphet pedes montium: pindarus σφυρά.

De cyclopis ab apolline interemptis Flaccus Valerius explicatus.

Caput. cxlv.

Vbitatur quam nam Flaccus præsignet historiam libro primo argonauticon his.

d Te quoq; dant campi tanto pastore pheræi
Felices admete. tuis nam pendet in aruis
Delius: ingrato steropen qd fuderit arcu.

Ego de exilio apollinis intelligi puto: quod ei morte cyclopũ euenit. Steropen. n. unũ ex cyclopibus scimus alio nomine uocatũ asteropen: quod ut melius ĩtelligas Tarræus audiẽdus: quẽ sic pro tẽpore latinitate donabimus. Admeti cantus. De cãtu ĩ admetum cantato luctuose. hic autẽ Admetus Rex erat phereorũ: cui apollo seruiuit pp hãc cãm. Asclepius apollinis filius a chirone medicinam doctus accipiens ex uenis gorgonis fluentẽ sanguinẽ eo multos curauit: ex sinistris uenis fluente ad pniciẽ hoĩnũ ẽ usus: illo uero q fluebat a dextris ad salutẽ: unde mortuis denuo uitã ꝑstasse dicit. Qua de re ne uideret hic inter hoĩes eẽ deus eum iupiter fulminauit. Apollo aũt iratus necauit cyclopas fulmen ioui fabricãtes. Iupiter uoluit detrudere illum in infernũ. sed pcibus latonæ iussit ei p ãnũ homini seruire. hic aũt profectus in pheras ad admetum illi seruiens pastoritiã exercuit: ei boues oẽs fœminas διδυμοτόκους hoc ẽ gemelliparas reddidit: a quo rege comiter exceptus apollo amici animi cognouit indicia: quare parcas rogauit quãdo finis admeto uitæ ĩmineret: inuẽto qui pro ipso se morti prõptaret: ei parceret: quo ĩpetrato pastor apollo admetũ a morte retraxit. Ecce tibi iã dies aduenit admeto fatalis et patre matreq; ꝓ ipso mori nolẽtibus alcestis fœmina uitã suam ꝓ marito opposuit: ex eo obliqua et luctuosa ĩ admetũ cecinerũt donec ꝓserpina emisit alcestẽ: ut aũt alii dicũt Hercules pugnãs in Plutonẽ illã retraxit. Steropen unũ ex cyclopis esse maro docet. Brontheseq; steropesq; et nudus membra pyracmon.

De sacris priapi in lãpsaco obseruatis Valerius idẽ enarratus. Ca. cxlvi.

i Dem Flaccus in secundo sic canit. Transmissaq; puppi Lampsacus: oggygii quā nec trieterica bacchi Sacra: nec archanis phrygius furor inuehit antris. Sed suus in uenerem raptat deus. Illius aras Vrbe super: celsiq; uidentē uellamina templi. Quæ sint ista priapæi templi uellamina dubitatur: ego illa puto quæ tradit Augustinus, simulachrum scilicet priapi solitum quibusdam diebus festis uellari corona florea. Inter cætera quæ prætermittere: quoniam multa sunt: cogor: in italiæ compitis quædam dicit sacra liberi celebrata cum tanta licentia turpitudinis ut in eius honorem pudenda uirilia colerentur non saltem aliquantum uerecundiore secreto. sed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc tempore membrū liberi per dies festos cum honore magno plostellis impositum prius per rura in compitis / et usq; in urbem postea uectabatur. In opido autem lauinio unus libero totus mensis tribuebatur: cuius diebus omnes uerbis flagitiosissimis utebantur: donec illud membrum per forum transuectū esset: atq; in loco suo quiesceret: cui membro inhonesto materfamilias honestissimam palam coronam necesse erat imponere. Hæc Augustinus libro septimo de ciuitate dei. Huc sunt qui trahant illa epigrammatici carmina. Schemate nec dubio. sed aperte nominat illam / Quam recipit festo mense superba uenus. Nec obstat Augustinum de italico ritu loqui: Valerium uero de lampsaceno. Nam huiusmodi sacra prisci Romani ignorauere. ab externis populis fuerunt aduecta. In lampsaco priapum pompatice tanquam deum tutellarem coli quis adeo ἄμουσος ut non legerit: hinc uersiculus poetæ in osceno poemate manauit. Mortales tibi lampsacum dicarunt. Per uellamina templi intellige uellamenta simulachri: quæ fiebant in templo priapo dicato.

De ferto sacrificii genere eundem Valerium intellexisse. Cap. cxlvii.

i Dem in tertio facit ancæū sic loquētē. has ꝑcor exuuias: et opima cadauera nostro linqte ait ferro: potius mihi dextera ferro Nauet opus. Cēseo sic legēdū eē. Linqte ait ferto. est. n. fertū lauti sacrificii genus. Esset. n. icōgruū et idecēs si bis repeteret̄ ferro. Adde ꝙ dictio opima cū ferto cōgruit. Est certe fertū sacrificii genus: de quo lucilius. Aedepol ferto oia sum circulatus: de hoc Pōpeius. Fertū genus libi: quod crebrius ad sacra ferebat̄ nec sine altero genere libi: quæ q afferebāt struefertarii appellabant̄. Alibi et si mēdosis exēplaribus. Struefertarios dicebāt: q quædā sacrificia ad arbores fulgoritas faciebāt a ferto. s. quodā sacrificii genere: qđ adhiberetur in lustrationibus indicat Cato his in re rustica. Mars pater te precor quæsoque uti sies uolens propitius mihi domo familiæque meæ:

quoius rei ergo agrum:terram fundumq meum solitaurilia circūagi iussi: uti tamen orbos uisos inuisosq uiduertatem uastitudinemq calamitatem intemperiemq prohibessis:defendas:auerunceśq: uti q tu fruges: frumenta:uineta:uirgultaq grandire:beneq euenire sinas.pastores pascuaq salua seruassis:diuisq bonam salutem : ualetudinemq mihi / domus familiæq nostræ. harūce rerum ergo fundi:terræ:agriq mei lustrandi / lustriq faciendi ergo sicuti dixi macte bisce solitaurilibus lactentibus immolandis esto. Item esto. Item cultro facito struem et fertum uti adsiet. Hæc Cato.ex cuius uerbis expiationem quandam circumlatitiam fieri solitam ferto circumlato intelligō:in qua fertum id genus adhibebatur.unius literæ immutatione mendosum est catonis exemplar. ferrum enim legitur ubi fertum esse debuit.Plautus de hoc intellexit in amphitruone.Quæso quin tu istanc iubes pro cerita circumferri. Respondet amphitruo. Quin ferto est opus.etiam si istic ante nos facto legeret.

Typhonides harpyas appellari:et cum hoc apertus ualeri Flacci nodus inextricabilis. Cap.cxlviii.

g

Ratulor humanioris literaturæ sectatoribus:quamuis sera gratulatio uideri possit:apertum esse tandem illum cecū hyatum:qui omnes musarum uiatores desperantes itineris argonautici reddiderat. Vidi iam iuuenis imo puer Codrum grammaticum bononiensem non incelebrem totquentem se sup enodatione horum carminum Flacci libro quarto argonauticon de phineo loquentis et harpyis.

Quippe neq extorrem tantum/nec lucis egentem
Insuper Typhonides harpyæ ira tonantis
Depopulant:ipsoq dapes prædantur ab ore.

Codrum certe meum cæterosq huius labyrinti Theseos cecum iter absterruit ne iterum ad has caligantes tænarias fauces diuertere uellēt/præsertim carmine secundo trunco et penitus inuerso. Sed quid immoror? Sententiam nostram et censuram proferam. Ego sane partim coniectura / partim fultura sequentis autoritatis poetæ ductus sic nitori suo Flaccum restitui.

Quippe nec extorrem tantum nec lucis egentem
Ira tonantis agit/typhonides harpyiæ q̄
Depopulant:ipsoq dapes prædantur ab ore. Quod hic poeta sentiat typhonis filias eē harpyas collegimus ex his eiusdem poetæ uersibus. Hic fessæ lethiq metu propioris anhelæ Dum trepidāt :humiliq graues/timidoq uolatu implorant clamore patrem typhona nefando,Extulit assurl

gens noctem pater : imaq; summis Miscuit: et mediis uox exaudita tenebris. interpres Apollonii libro secundo argonauticon tradit sorores iridis fuisse harpyas: Tarræo concinit Hesiodus libro primo theogoniæ tatus ex thaumāte et electra genitas illas. Eius carmina sunt hæc. θαύμας δ' ὠκεανοῖο βατυῤῥείταο θύγατρα ἠγάγετ' ἠλέκτρην· ἡ δ' ὠκεῖαν τέκεν ἶριν, ἠυκόμους δ' ἁρπυίας ἀελλώ τ' ὠκυπέτην τε, αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται, ὠκείῃς πτερύγεσσι μεταχρόνιαι γὰρ ἴαλλον. Nec mirū erit poetas aliquando discrepare. nonne Apollonius adiutū phineum a boreadis zeto tradit et calai: a quibus harpyæ sunt expulsæ. At Orpheus phineū insanientē philtris uxoris deiecisse e scopulo filios duos autumat. quare a zeto et calai ut perpeteretur durius exilium a strophadis efflatum in bistoniam: luce ab eis priuatum.

Origo Phryxi explicata cum emendatione ualeriani codicis.

Capur. cxlviiii.

Eq; maculosum est exemplar inuulgatum eiusdem lepidissimi poetæ Flacci libro quīto argonauticon his. Tum gener albanis styrus qui aduenerat oris. Distulerant sed bella cytorus phyontis et argus Aeolidæ: fraterq; melas: quos aduena phryxus Progenuit: panterq; leui cotiorus in hasta. Multiplex in his uerbis mendum est. Nam erat ita scribendum.

Distulerant sed bella cytoria. phrontis et argus
Aeolidæ: fraterq; melas: quos aduena phryxus
Progenuit: panterq; leui cytisorus in hasta.

Sensus est poetæ Styrum Regem albaniæ futurum ut citius adueniat. sed bella cytoria hoc est populorum ita cognominatorum : qui accolunt fluuium cytorum detinuerunt inuitum: cum quo Styro uenerūt phrontis: argus: melas et cytisorus: quos ex chalciope filia oetæ genuit phryxus: ꝑpterea poeta uocat æolidas ab atauo æolo. Aeoli filius athamas: athamantis phryxus: phryxi isti quatuor. Colligitur progenies phryxi paulo infra sic Iasone loquente. Namq; idem Cretheus ambobus: et æolus auctor cū Ioue neptūnoq;: et cum salmonide nympha. Hæc origo ex interprete Apolonii rhodii est phryxo et phryxi nepotibus. Athamas filius æoli: frater Crethei primam uxorem Nephelen duxit: duos filios ex ea phryxon hellenq; suscepit. Defuncta nephele superduxit alteram uxorem ino: quæ insidiata ipsis nepheles pueris persuasit īdigenarum uxoribus sata ureṙet. At cum exustum semen fructus ānuos non subministraret : Athamas in delphos misit super sterilitate sciscitatus. Donis uero persuasit Ino legatis iugulandos nepheles filios referrent: tanquam Deus Hellen et phryxum iugulandos esse respondent si uellent ut sterilitas facesseret.

Persuasus igitur Athamas a legatis Hellen et Phryxum a ris admouit. Cæterum eorũ di miserti aurei uelleris ariete sublimes euexerunt: quod helle tollerare non ualens in hellespontum ab ea nuncupatum decidit. Phryxus autem in colchicam terram delatus sacrificauit phyxio ioui hoc est fugæ sospitatori / q͛d nouercam effugisset. Duxit autem chalciopen uxorem æætæ scytharum regis: ex qua filios quatuor genuit Argon: cytisoron: melana: phrontin. De cytoro loco meminit idẽ Flaccus sic canẽs. Mox etiam cromnam: atq; iugo pallente cytoron Teq; cita penitus contundunt erythina carina: De quo et Apollonius in .ii. Si uultis audire carmina rhodii sunt hæc. ἴδ᾽ καὶ οὔνομα ἄμμιν ἐπιθύεις λιλαίεσθαι, τῷ δὲ κυτίσσωρος πέλει οὔνομα τῷδε τε φρόντις τῷδε μέλας· ἐμὲ δ᾽ αὐτὸν ἐπικλείοιτέ κεν ἄργον.

Es dictionem uerbalem aliquando corripi aliquando produci. Propertius euentilatus. Cap. cl.

P Ropertii interpretem nunquam erit quin laudãdum non censeamus ob abstrusa loca aperta / et nodos inenodabiles enodatos. In ea tamen elegia: quæ incipit. Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit amorem uersiculus est hic. Si puer es alio traiice tela tua / ubi Propertius admiratur cupidinẽ puerum / puerilisq; mobilitatis non ex suo corde aliorsum cedere ad alterius amantis cor oppugnandum: præsertim cum puerilis inconstantia tenorem unimodum tenere non soleat. Recta fuit hæc interpretatio: nouam tamen hic idem uir doctissimus: in nescio quo suo cõmentario in Ciceronem: opinionem affert sic corrigens. Si par est alio traiice tela tua: prætendens T ò. es. corripi semper / cum: ut prius bene senserat: mensura huius syllabæ communis sit. Qui producunt regulariter faciunt: qui corripiunt poeticam licentiam sequuntur. sed sunt anomali. Docet hoc Valerius argonauticon poeta libro septimo sic canens.

Cumq; ipsa mouerer
Alloquio casuq; uiri te passa uocari
Sum potius: tu laude noua: tu supplice digno
Dignior es: et fama meis iam parta uenenis.

Priorem ergo teneat opinionem interpres et nouam omittat. quoniam qui utuntur uino uetere sapientes puto. Non desunt tamen qui apud Propertium sic legant. Si pudor est alio traice tela tua.

Emendationes et annotamenta eiusdem Pii in Marci Tulli ad hortensium opus / Eruditissimo Ioanni Garzoni Medico bononiensi dicatum.

i RRITAVIT me grāmatica scabies clarissime Garzo: quæ me etiam humeris meis maiora onera subire subinde prouocauit. M. Tulli hortensium ut aggrederer undecūq; sæculi incuria fedatum. Feci quod Athlas: qui cū cælum amplius ferre non posset in herculem transtulit. Peride ego cum tot Ciceronianis hydris colluctatus cessim pedē refero: et tāquā rotarius miles postq̄ spes nulla ex tam pernicioso bello effugiēdi: nec contra sistendi datur: ad te tanquam robustissimū triarium me recipio. In te enim Ciceronis anima / non secus ac homerica in Ennium: transuolauit: Tu eloquētissimus: tu eruditissimus: tu ad omnia quæ mihi occurrunt subobscura Thesaurus. hic opus. hic labor est. Accingere igitur et mecum occurrens barbariei Tulli tui congredere. Scimus enim te Ciceronianæ facundiæ intermorientis maximum assertorem. Vale.

Annotata nonnulla ex hortensio Marci Tulli.

e GO autem cum græcas litteras. M. Catonem in senectute didicisse acceperim. P. autem africani historiæ loquentur in regione illa nobili: quam ante censuram obiit panætium unum omnino comitē fuisse nec litterarum græcarum nec philosophiæ iam ullum autorem requiro. M. Tullius his uerbis exemplo africani philosophos græcos et literas græcas amantis docet illas nec refugiendas nec aspernandas esse / si quidem in illa nobili regione hoc ē in africa: quā subintellige africanam expeditionem. Obiit adgressus est et administrauit antequam censor esset africanus. Hic est ille panætius officiorum scriptor: de quo Suidas hæc. Panætius iunior nicagoræ filius rhodius. philosophus stoicus. Diogenis familiaris: qui docuit Scipionem cognomento aphricanum cum polybio megapolitano. periit autem athenis. Panætius quoq; cocus fuit: quem taxat aristophanes. Liuius hoc idem tradit solitum africanum ab inuidis carpi q̄d soleatus et græcanico habitu uersaret: nec sine græculis si recte memini. Et quamuis mediocriter eruditus eluctari sine ope nostra ex hoc Ciceroniano: ut ita dixerim: uado posset: facere tamen quod conuiuatores elegātes et urbani assolent: uolui: qui lautos sumptuososq; apparatus corollariis uilibus condiunt: si quidem appetitur posito uilis oliua lupo. Nō semper opipara placent. non omnibus idem stomachus: ita nō unimoda ingenia. Qui sapit innumeris moribus aptus erit.

T ſi omnis cognitio eſt obſtructa difficultatibus:ea quidē eſt et
e in ipſis rebus obſcuritas:et in iudiciis noſtris infirmitas ut non ſi/
ne cauſa antiquiſſimi et doctiſſimi inuenire ſe poſſe quod cuperēt
ſint tamē nec illi defecerunt. Vidi codicem recentis quidem editionis. ſed
curioſe a doctiſſimo uiro ex bona parte reſtauratū:in quo ita caluicium
illud interpatens complebatur. Inuenire ſe poſſe quod cuperēt delaſſati
ſint. Credulos nos doctis alioqui traxit in hāc ſententiam Tullius idem
cum mox dicat:neq; nos ſtudium exquirēdi defatigati relinquemus. Sen
ſus ē. q̄uis arduum ſit reperire et indagare ueritatem:quod iudicii noſtri
non admittit infirmitas:quod experti ſunt maiores noſtri:qui non ſine
cauſa. i. non ſine neceſſario labore defatigati/maceratiq; ut hoc pelagus
aperirent:tamen q̄uis multo ſudore opus eſſe uiderent non defecerunt/
nec labori:ſudori:defatigationi ſuccubuerunt: Iuxta illam Ouidi ſenten/
tiam. Ardua molimur. ſed nulla niſi ardua uincunt. Difficilis noſtra quæ
ritur arte labor. Plinius cenſorie Liuium taxat:qui ſatis ſibi gloriæ partū
eſſe ſcripſit:potuiſſeq; ſe deſinere ni animus inquies paſceret opere. Fue/
rat enim laudabilius ſi gloriæ romani nominis ſtuduiſſet q̄ oblectationi
mentis:perinde maiorē gloriam is meretur qui laborē pro elicienda ueri/
tate:ſtudia uoluptuoſa haud magnifaciēdo:non ſubterfugit.

Vm igitur pauca uix iſto locuti eſſemus cum eodem in ſpatio cō/
c ſedimus. in codice caſtigato:ut reor:ſic ſupſcriptū inueni. Cū igit
pauca ibi ſtando locuti eſſemus tamē eodē in ſtadio conſedimus.
Senſus uerborum hic ē. Decreueramus:Lucullus in neapolitanum : ego
uero in Pōpeianum:nauigare:cum aura nobis ſecundaſſet. Sed ibi hoc ē
in circūiectu litoris dum flatus pſtolamur amicos:ſtādo:pedibus conſiſtē/
do:tandem in eodē ſtadio ut ociosius fabularemur conſedimus:iuxta illā
plautinam ſententiam. Plus ſapio ſedens. Et ut prouerbialiter inqt Var/
ro. Romanus ſedēdo uincit. Stare præter notam ſignificationē idē ē quod
erectū eē. Marcellus. Stare hno deſit mētula/lingua caue. Idem. Quæ nō
ſtat/magno ſtare luperce tibi. In ſtatu ſtat ſenex cum Plautus iquit ſigni/
ficat in corporis erectione:hoc eſt ſtat non ſedet. Nil obſtat tamen quin
ſpatio legas hic. quoniam ſic uocabit magnum cāpi pſpectū et circuitū.

Am aderant mei familiares docti hōines. P. et. C. Seleucus et Tre
n tilus rogus. Scribo. Tertullus rhedius. Anthiochus enim philoſo/
phus iuocat teſtimonium memoriāq; Tertulli rhodii philoſophi:
qui ſecū philoſophiæ amore/qua maxime tenebatur: uerſatus erat. De
Tertullo Libanius ſophiſta et Suidas meminerunt. Adde quod pecullia/
re ē Marco Tullio ut de philone pro a philone utatur:quo ſchemate lo/
quendi utit Apuleius libro primo de aſino aureo. Ego uero quod primū

ingressu stabulum cōspicatus sum accessi: et de quadam anu caupona ilico percontor. Seneca libro quarto epistolarum. Ex his quæ de te audio delector. Cicero quoq; in diuinatione sic utitur.

Et Si enim mentitus tamen est aduersarius leuiora ad achesillam carneademq; ueniamus. Corrige archesilā. hic ē ille philosophus acutissimus: q nouā academiā cōdidit: q et archesilas dicit et archesilaus. Persius. Esse quod archesilas erumnosiq; solones. Idem Cicero paulopost. Nec archesilæ calumnia deferenda est. Cum paulopost noster Cicero ait. Illi quidem etiam. P. Africanus referre in eundem solent. area illa: quæ his duabus posterioribus dictionibus interiacet complananda prorsus est. quippe cum mos eloquentissimorum sit: referre in eundem: usurpare pro eo quod est censere illos eiusdē eē sniæ: et: ut dici solet: anhelare ad idē iugū.

Socrates aūt de se ipso detrahēs in disputatiōe plus tribuebat his: quos uolebat refellere: ita cum aliud agnosceret atq; sentiret libēter uti solitus eēt ea dissimulatione: quam græci uocant: quam ait etiam in africano fuisse. Deest hic græca dictio: Sic enim scribe. quam græci εἰρωνίαν uocāt. εἴρωνα socratem fuisse quis non audiuit: hoc est dissimulatorem. De Ironia lege Aristotelem in ethicis.

Qui ante q̄ floruit tum acumine ingenii: tum admirabili quodam lepore dicendi proxime a laude solo retēta ē. Emenda. a lacyde: qui Alexādri filius fuit Cyrenæus nouæ academiæ princeps. Archesilaiq; successor: uir eximiæ seueritatis: habuitq; instituti sui non paruos æmulos. Fuit ab adolescentia summe studiosus: et pauper quidem. sed gratus admodum. Hic lacydes academiæ scholam habebat ī orto: quē attalus rex fieri curauerat: Lacydiumq; ab ipso appellabatur. Mortuus ē paralysi: quam ex immodica potatione incurrerat. Lepidum eius dictum fertur. Attalo illū accersente ad se dixit imagines procul eē intuēdas.

E quibus industriæ plurimum i clitoniaco declarat. corrige et supple. plurimum in clytomacho fuisse declarat. hic Chromachus: ut ex uerbis Ciceronis patet: fuit academicus. interpretamur clytomachum egregie pugnantē: in quo multum industriæ fuisse eius laudi ascribit Cicero.

Ingenii non minus in hoc nomine nī thermada eloquētiæ in melachio idest odio suauitatis. Bene autem nosse Carneadem Straconitem metrodorus putabatur. Quāuis nullam mihi opem afferant prisci codices tamē hoc pacto corrigendum duco. Ingenii non minus in hoc homine uis torrēs eloquētiæ: in archesilao uero suauitatis. Sensus est. Archesilas: Lacydes et clytomachus fuerunt maximi duces academiæ: inter quos Clytomachus enituit duabus peculiariter dotibus: industria et ui eloquētiæ torrētis hoc ē fluētis. Archesilaus uero quadam dulci suauitate ꝑpollebat: nec

straconitem legẽdum erit. sed stratonem: ut sit disiunctus a carneade: et sit nomẽ alterius philosophi. Scribit Suidas stratonem lampsacenum fuisse philosophum Theophrasti familiarem et successorẽ / qui filius fuit arcesilai uel arcesii / qui uocatus ẽ physicus propter speculationem physicæ / ꝓceptor fuit Ptolomæi cognomento philadelphi. scripsit libros multos.

Iamdicomacophilo noster operam multos annos dedit. scribe diuisim iam Clitomacho philo noster operam multos annos dedit. Fuit enim philo philosophus auditor clitomachi.

Senerge aut græci ꝑspicuitatem aut euidẽtiam nos: si placet: nominemus. mẽdum hoc pudẽdum sic tollendum ẽ. Enargian autẽ græci etc.

Ne ea quæ clancula essent deffinienda censebant. quidam corrigebant clausula: quod non placet. Ego et si adhuc dubitem quid legendum sit / tamẽ non ꝑter sensum Tulli ẽ si clãculo corrigas. ut sit hic sensus. Putabant illi nihil eẽ deffiniẽdũ nisi maxima cum ꝑspicuitate et euidẽtia: nec ea quæ in oratione subdubitãda eẽnt et clam dissimullanterq; deffinienda / eẽ scribenda sine enargia. Sunt multa / quæ oratores et philosophi nõ possunt euidenter tradere quare de his tractãtes faciũt / quod nilotici canes / bibũt et fugiũt: quod obseruauit ĩ multis Aristoteles unde sepia dictus a cauillatoribus præcipue in libris de anima ubi cum dixerit. Separat hoc ab hoc tanquam corruptibile ab ĩcorruptibili / dedit occasionẽ Theologis nostratibus auctoritate sua afferẽdi animam separatam eẽ immortalem: philosophis uero aliter interpretandi.

Antiochus in id ipsum induit quod timebat. Superfluum ẽ caluicium si hoc pacto legis. in id ipsum incidit quod timebat.

Hoc tamẽ infimat tolliteq;. corrige infirmat / quod si nihil libet ĩmutare infimat interpretari potes pro eleuat et contẽnit. Est enim infimare uox quæ significat deprimere et infimum reddere. Hac uoce utitur Apuleius libro primo de asino aureo. Saga inquit et diuinipotẽs cælum deponere: terrã suspẽdere: fontes durare: montes diluere: manes sublimare: deos infimare: q̃uis hæc uerba non satis ciceronianæ conueniant eloquẽtiæ / quandoq; tamẽ Tullius antiquarii nomẽ: parce tamẽ: non recusat / ut qui mutginari et mille alia uix uetustis seculis cognita / reuocauerit. Nonne paulo infra usq; eodum pro usq; quo dixit? Paulopost idromacham pro andromacham scriptum est. Sed mendum sat cognitu facile.

Quod de tactu in eo quidẽ: quẽ philosophi interiorem uocant aut doloris aut uoluptatis? in quo cyrenaici solo putant ueri eẽ iudiciũ. Cyrenaicos sectæ aristippi epicurei studiosos uocat: q natus ẽ cyrenis: de quo Oratius ait. Omnis aristippum decuit status et color et res. Hic Aristippus: autore Suida: aristadi cyrenẽsis filius fuit. philosophus. Socratis auditor:

a quo secta cyrenaica cognomē ē adepta. uoluptatē finē bonorū uoluit: et laborum abdicationē. Diogenes illum regium canem dictitabat. Ex eius filia arete genitus nouus aristippus: cui cognomē hesit μητροδίδακτος hoc est a matre doctus. Non omittēda de aristippo tradit Vitruuius Pollio libro quinto. Aristippus philosophus socraticus naufragio cum eiectus ad rhodiensium litus animaduertisset geometrica schemata descripta exclamauisse ad comites ita dicitur. bene speremus. hominum enim uestigia uideo. Statimq; in opidum rhodum cōtendit: et recta in gymnasium deuenit: ibiq; de philosophia disputans muneribus ē donatus: ut non tantum se ornaret. sed etiam eis qui una fuerāt uestitum et cætera: quæ opus eēnt ad uictum præstaret. Cum autem eius comites in patriam reuerti uoluissent: interrogarentq; eum quidnam uellet domum renunciari? Tunc ita mandauit diceret: eiusmodi possessiones et uiatica liberis oportere parari: quæ etiam e naufragio una possent enatare. Namq; ea uera præsidia sunt uitæ: quibus neq; fortunæ tempestas iniquæ: neq; publicarum rerū mutatio: neq; belli uastatio potest nocere.

Quam si subtraxeris qui extingues artificem ab inscio. Corrige. q distingues? pro quomodo. Paulopost. Sit et initium quærēdi et exitus percipiendi et comprehendendi tenet augendi conclusio: quæ est græce apodixis. Corrigo. sicut initium quærendi: nec augēdi scribe. sed agēdi. Agēdi iterptare actiōes forēses tractādi: quæ sint apodixis Quītilianus docebit.

Quod si omnia uisa eiusmodi essent qualia ista dicunt ut ea uel falsa esse possent: neq; ea posset ulla notio discernere: quomodo q̄q̄ aut conduxisse aliquid aut inuenisse dicemus: aut quæ esset confides. portēta uerborum hæc sunt non uerba. quod ut area illa patens compleatur ita scribendum duco. Quod si omnia uisa eiusmodi eēnt qualia isti dicunt ut ea uel falsa eē possent: neq; ea posset ulla notio discernere quō aut quidquam conclusisse aut aliquid inuenisse dicemus: aut quæ esset cōclusi aut inuenti fides. Ita ciceronianus nitor patet. Sic sermo niuibus Vlyxæis cādidior lucē suam discussis tenebris accipiet. Innuet enim. M. Tullius academicorum insulsam opinionē: susq; deq; faciēs: si omnia uisa hoc ē pcepta a nostra phantasia essent qualia isti academici dicūt ut ab humana notiōe discerni nequirēt: quomodo dicemus hoc ē dicere possemus nos cōclusisse hoc est collegisse p cōclusionē: aut quō iuēnire possemus: aut quō fidē adhiberemus ueritatis his: quæ aut iuenissemus aut cōclusissemus.

Nam quomodo pōt animal ullū non appetere id: quod accōmodatum ad naturā appareat: græci doctim appellant. Profiteor ingenue me nō tenere qd hoc uerbi sit. quare dū cōmodior lectio nobis illucet doxō: quod opinabile significare pōt: uel doxan. i. opinionem subscribamus: nec sen

ſui repũgnat. Inquit enim Cicero. animalia omnia ſecuntur naturam recte uiuẽdi ducem. Quo nam modo poteſt igiť non appetere quod uideatur accommodatum eſſe ad naturam: quod græci doxon uocant. i. quod opiabile ſit/ et ad ſpeculãdũ opinionẽ noſtrã iuitet. δοξάω græce ẽ opinor.

Ea ſunt hæc quæ uiſa falſa ſine pcipi ea non poſſe. emẽda. ea ſunt hæc quæ uiſa falſa ne ſint percipi ea non poſſe. mendum non magni momẽti. ſed quod ſenſum omnem interuertat.

Nam ab omnibus eiuſcemodi uiſis perſpicuitatem: quam mordicus tenere debemus abeſſe dicemus. mordicus tenere expone debemus omni conatu tutari: atq3 defendere: moliri: curare ne a nobis abeat: et alludit ad exemplum cynegiri: quod quamuis notum ſit etiã mediocribus / tamẽ ut ſatis omnibus faciam breuiter et ſummatim deſcribam. Cynegirum ptinacia in conſectandis hoſtibus uſum uerboſa cantu laudum ſuarũ græcia omnium ſeculorum memoriæ literarum præconio inculcat. hic hoſtilem nauem dextra retinens cum eam amiſiſſet et leuam iniecit/ illa pariter abſciſa iniecit dẽtes: cuius exemplum æmulatus eſt Marcus Atilius: q cum decimæ legionis miles pro. C. Cæſaris partibus maritima pugna præliaretur abſciſa dextra: quam maſſilieſiũ naui iniecerat: leua puppim adphendit: nec ante dimicare deſtitit ꝙ captam profundo mergeret. Autor Valerius maximus libro exemplorum tertio.

Idem in epicamo: corrigẽdum epicharmo. Citat Tullius erinium auctorem priſcum in libro: cui a comico autore celeberrimo titulus fuit epicharmus. Fuit enim epicharmus: ut Ariſtophanis narrat interpres ſiculus elegantiſſimus comediarum ſcriptor/ iocoſus et facetus: quem Plautus noſter imitatus eſt. propterea Oratius cecinit. Plautus ad exemplum ſiculi propare epicharmi. Paulopoſt ſic Cicero. Heſitant: reuocant: ſi: corrige. heſitant / reuocant ſe.

Quod idem contingit inſanis ut inſipiẽtes furores ſentiant: et dicant aliquid quod non ſit id uideri ſibi et eum relaxentur ſentiant atq3 illa dicant alic. Corrige. et id uideri ſibi cum relaxetur ſentiat / atq3 illa dicat alicui erinius. Id quod ſequitur non percipio: nec fidem codicis ullam inuenio/ propterea laborem alterius expecto. Si diuiare tamẽ et ariſtarchæa audacia liceret uti ſic legerem. Et hi oculorum aſpectus qui gorgona me tuere ſentiunt/ ut dicat Cicero iſtos inſipientes habere non celerem aſpectum nec uegetum. ſed marmoreum / qualem habuerunt illi: quos gorgon ideſt meduſa leſit et in lapidem uertit. his conſonant/ quæ de tarditate grauitateq3 ſenſuum ſequuntur: et de abſentiõe hoc ẽ exſtaſi: quam ſapiens aliquando patitur. Aduertendum tamen cum in capite ſuperiori diximus erinium nomen autoris eẽ / id a me non ualde probari: quamuis

idem Cicero inferius respondens dicat. Quomodo qui cum experrectus ennius non diceret se uidisse homerum. sed uisum esse. Altineo autem. sed mihi uenit q̃ cor consentit. Sed hic non Ennius. sed Ennius legēdum ē ut significet illud somnium/quo ēnius uidit Homerū: de quo Persius. Cor iubet hoc Enni postq̃ destertuit eē Mæonides qntus pauone ex pythagoræo. Legēdū erit hic igitur Ennius/ut paulopost affatim patebit.

Non enim proferemus uino aut somno oppressos aut mente captos tā absurde ut diceremus interesse inter uigilantium uisa et sobriorum et sōniorum et eorum: q essent aliter effecti tamen nihil interesse. Emēdo. inter uigilantium uisa et sobriorum et somniosorum/et eorum: qui essent aliter affecti. Somniosos uero uocat eos: qui somniant mira præcipue: et generaliter omnia. Somniculosus uero deditus somno dicit. Epigrāmatarius autem somniculosos in hoc significatu nuncupat glires. Præterea somniculosam aspidem somno dēte suo lesum necantem Sisenna: si recte commemini: nuncupauit. Affecti uero uocantur illi: qui aliquo morbo opp̄ssi sunt et lesi: propterea Celsus affectum cor pro eo quod uulgo maculatum dicūt: et morbo obnoxiū. Propertius quoq; cum ait. Iuppiter affectæ tādē miserere puellæ/ægrotam cynthiam describere uoluit.

Ea dico incerta: quæ ad Ela græci. scribe iunctim ἄδηλα. Sic enim græci dicunt: quæ sine autore feruntur: qualiter inscribuntur m ulta eloquētissima tersissimaq; apud græcos epigrammata collata i uno uolumine a planude: cui ἀνθολογία nomen est.

Cum enim inquies ex illis indiuiduis unde omnia democritus gigni affirmat. Ego per indiuiduos particulas illas insectiles intelligo hoc est quæ sectionem non admittunt: quas ἀτόμους græcia uocauit.

Vides ne ut in prouerbio sit ouorum interesse similitudo tamē hoc accepimus delasciuisse complures saluis rebus. Emacula. ouorum inter se similitudo/tamē hoc accepimus delassauisse complures. superuacant enim illæ duæ dictiones. saluis rebus. sensus. Nōne uides quanta sit rerum quarundam similitudo præcipue ouorum inter se. Comparatum enim unū ad alterum fallit oculum discernentem: inter quæ tanta parilitas est et geminitudo ut multi delassentur hoc est dum dispicere discernereq; ouum ab ouo uolunt defatigantur: et in lassitudinem rediguntur. De enim auget in hoc uerbo quemadmodū in depcari: demori: deierare et similibus.

Hi cum ouum inspexerant/quæ id gallina peperisset dicere solebant. lego discernere.

Ex his illa necessario nata est epotheidē assensionis retentio. corrigo. hypotide. sic. n. uocari pōt quædam ex speciebus subnata itellectus assensio rei oblatæ. Hæc uerba philosophica sunt et reformata non coīa.

Quid .n.est tam futile q̃ quidquid approbare non cognitum .Scribo quid enim est tam futile hoc est uanum: leue: et nugatorium . Meta-phora deducta est a futili uase: de quo Seruius hæc libro æneidos undecimo. Futilis quoddam est uas lato ore:fundo angusto:quo utebantur in sacris uestæ quia aqua ad sacra hausta in terra non ponitur: quod si fiat piaculum ē/unde et excogitatum uas ē quod stare non posset. sed positū statim effunderetur:inde et homo commissa non retinēs futilis dicitur: contra nō futilis bonus in consiliis:non inanis .quare a Marone libro æ-neidos undecimo dictum ē. Largus opum et lingua melior . sed frigida bello Dextera:consiliis habitus non futilis auctor.

Asseuerantius meum. Superfluit hæc dictio meum ..

Sed cum iam confirmata cā te hominē amicissimum me autē appellat. Scribe. me autē appellat. Sensus. Antiochus philosophus :cū quo diu alexādriæ uersatus sum te dicebat amicissimum:me autē suā uocabat:ut po te cum quo multa clam:multa apte sermocinaretur : qui semp illi ades-sem:et omnia quæcūq̧ ipse diceret:mecum diceret :quæ audiret:ego au-direm: Reges illi barbari tyarati habebant carissimos satrapas:quos ocu-los suos uocabant. quoniam scilicet per eos multa uiderent:præstabantq̧ illis officium oculorum. Nonnullos aures suas dictitabant/quippe cū ute rentur opera illorum ad audienda subditorum desideria:noua:rumores: et id genus reliqua. Reges solitos tales aures appellare legi apud Plutar-chum. Mydas ideo dictus habuisse longas aures. quoniam multos habe-bat speculatores:a quibus longe noua præsagibat.

Et cum meriis quidem quibus aspectum sol siue deus aliquis siue natu ra ademerat / siue eius loci:quem incolebant situs:ignes tamen aderant: quorum illis uti lumine licebat. Scribo. et Cimeriis quidem. Sunt.n.cim-merii populi Scythiæ incolentes regiones perpetuis tenebris subiacentes/ ubi sol ignes suos non remittit: de quibus Valerius Flaccus : Pompeius:. Lactantius: Homerus . Ouidius somnum tenebris gaudentem deum ci-merium uocitauit. Sensus Ciceronis hic ē. hi academiæ recētiores asserto-res spoliant nos iudicio/et omnibus orbāt sensibus/omni prorsus ingenii lumine:faciūtq̧ deterioris sortis q̃ sint populi cimerii:quibus et si sol nō illuceat:ignis tamē collustrationes coruscationesq̧ uidet aliquas. Pom-peius. Cimerii sunt homines:qui frigoribus occupatas terras īcolūt: qua-les fuerunt inter baias et cumas in regione: in qua conuallis iugo satis e-minenti circūdata ē :quæ neq̧ matutino neq̧ uespertino tēpore sole cō-tegit. Cimerios Sudas ait eē populos bosporanos ..

Hortēsius autē uehemētes admirans:quod quidē populo Lucullo lo-quēte fecerat ut etiam manus sæpe tolleret. Tollere manus expono leuare

digitum et fauere. Id quod nos in cōmētariis in Plautum multis cōgstitis explicauimus. Simpliciter tamē manus tollere iactare et mouere in subli/me potes inteptari: quod agunt hi: qui dictis collocutoris assentiuntur. Martialis adulatorē taxat: qui ut admirari uideret manus iactabat. Epi/grammatici uersiculus hic ē. Et pariter geminas tendis in ora manus. Paulo inferius. me quoq; iocans. scribe. quod anne iocās.

Vt caueres ne quis improbet quorum. Sunt qui interserunt. ne quis improbet liuidorum: quorum. Sed hoc in medium relinquo.

Ooc quæso caue ne te terreat da causa. scribo. heus. uel oh queso caue ne te terreat de cā. ho enim admonētis ē interiectio suspēso animo profe/rēda. Tales dicuntur uoces effutitiæ.

Cum ānos multos alia cēsisset. corrige cēsuisset idest sensisset et aliam opinionē habuisset: secutus esset.

Non enim sum sapiēs et meas cogitationes sic dirigo nō ad illam puul/lā qua fidunt duce nocturna phœnices in alto ut ait aratus. Ego nō noc/turna. sed cynosura legēdū puto: ex his Ouidi carminibus. Esse duas arc/tos: quarū cynosura petat Sidoniis: helicen graia carina notet. legēdū præ/cipuæ sic autumo cum hic sequatur. Sed helicen et clarissimos septētrio/nes. Paulopost. errē et uagus latius. scribo ut uager latius.

Iterum ille cum æstuaret neterū ut memanorū. mēdum hic aperte di/gnoscitur: uera tamē lectio me latet: et inuestigandum adhuc cēseo. Si ta/mē locus coniecturæ det menianorum scribere. et ē iocus in uerbo æstua/ri: quod significat æstu et calore anhelare et dubitare et angi. Sicut inqt homo æstuās. i. æstu pcitus declinat ad mœniana ad fugiēdū solē ita æstu/ans quid eligeret ad umbram academiæ secessit. Meniana ædificia publi/ca latissima: quæ: ut plurimum: populo seruiebant. qualia hodie Medio/lani loca declamantibus fidei præconibus apta: et attributa: de qbus Cas/siodorus meminit.

Cum quæreret Dionysius ille heracle. scribo heracleotas a patria hera/clia quæ ē in ponto: a qua magnes dicitur heraclius.

Quin Socratinihil sit uisum sciri posse excepit unum tantum scire se nihil se ferre sic te nihil amplius. Corrige. unum tantum scire se nihil se fere scire/ nihil amplius. Hoc sensu. Socrates nihil sciri posse uisus ē denotasse cum sic sententialiter prodidit/ nihil scire hoc uno excepto quod tantum hoc scit se fere idest ferme: quasi: nihil scit. nihil amplius hoc est si hoc unum demis Socratem scilicet scire se nihil scire nec am/plius. Nihil præter hoc nouit. Hanc socraticam sententiam apud Hieronymum reperies: græce sic protulit. ὄυτο μόνον οἶδα ὅτι μόνον οἶδα.

Nisi probauisset ironeam enim alterius perpetuam. lego. nisi probauisset εἰρωνίαν alterius perpetuam. Plato inquit nisi idem sensisset ꝙ nihil scilicet sciri potest non tanto: tacito quamuis: praeconio extolleret socratis irrisoriam simulationem: qua contenens et simul eludens illos: qui omnia scire uel multa se dicerent deridiculi gratia alloqueretur.

Atqui habebam molestos nobis. sed inimicos Silibonem: Diodorum: Aleximum. lego. Stilbonem: Diodorum: Alexim. Nomina philosophorum. Stilbon graece resplendens dicitur. Mercurius plane hoc cognomẽto decoratur. Extant carmina Platonis in Alexim puerum. Sudas mẽtionem facit cuiusdam alexis thurii comici: qui et filium habuit Stephanum et ipsum Comicum.

Quorum sunt contorta et aculeata quaedam sophismata. sic enim appellantur fallaconclusiunculae. corrige. fallaces conclusiunculae. Quid enĩ sunt aliud sophismata loquẽdo graece q̃ latine argutiolae: quibus intentus sophista dicitur argutator: qui a graecis sophismaticus.

Quid cyrenei uidẽtur minime conrẽti philosophi. ego minime contẽtos non adstrictos regulis: nec angustiis sobrietatis addictos puto intelligi debere. Est enim uox elegans et nitidissima: qua sic Plautus usus ẽ Romanarum deliciarum parẽs. Mater illum arcte contẽreq̃ habet. Paulo ĩfra cum sic scribitur. haec ẽ una contẽno: quae adhuc ꝑmanserit. legẽdum q̃s ignorat conrẽtio et referẽdũ ad philosophicarũ opinionũ dissensionẽ.

Equidẽ tomaco plusq̃ philoni aut metrodoro credẽs. legẽdum ẽ. clytomacho: et de illo sollertissimo philosopho intelligendum: de quo in superioribus satis multa disseruit.

Lacerat istam tam ueracis nos eẽ sensus dicit. Corrige. Lucerna ista tã ueracis nos eẽ sensus dicit. Quantus inquit in collo columbino et remo inflexo possit sensus non decipi: tamen in ista lucerna: cuius exemplum affert Timagoras epicureus sensus non omnino manet ĩ sua arce. de hac enim lucerna paulum infra. Itaq̃ Timagoras: sic enim legẽdum. Epicurus negat si unquam eum oculum torsisset duas ex lucerna flammulas eẽ uisas. De Timagora quodam meminit Suidas: qui legatus missus ab atheniẽsibus ad Regẽ Artaxerxẽ non solum aurum accepit ab ipso et argẽtum. sed abacum: boues: et id genus multa. Sed de illo non meminit nunc Cicero. Nomẽ ẽ in hoc loco philosophi.

Importata insistio. quid hoc significet adhuc quaero. nisi scribendum putares. et importato schedio. ut ita dicat. Epicurus affert falsam sententiam: neq̃ rationem suam testimonio uel alia ratione fulcit: reste se contentus est: edictoq̃ suo: quod in sui schedio scriptũ importauit: ex quo leges uitio memoriae ꝓcepta philosophiae tradit. Seneca: ni memoria labor:

carpit quosdam:qui ex libello recitabant : quod nunc uitium adtribuit Cicero epicuro:qui ut pote homo uoluptarius scribebat et edisserebat. quæcūq; uero in schedio hoc est rudi pagina scripserat:tanq̄ ex sibyllæ folio hauriret:suos docebat auditores. Schedia rudia poemata prisci dixerunt:nec dumtaxat poemata. Sed et omnia rudia. Hinc Seruius in buccolico ludicro. Per transitum ponit diuersa schedia. Sidonius libro octauo epistolarum de schedio meminit:et prope finem noni. Forma rudis αὐτοσχέδιος dicit. Apuleius in libello de dæmonio socratis. In isto :ut ait Lucilius:schedico et incondito me nouentis.

Ego catule cum in aliquo animi annum ex hoc loco cerno. Emēda. cum in aliquod animum aruum ex hoc loco uerto

O præclarum per profectum puteolos uidemus ad. Scribo. O præclarū prophetam puteolos uidemus ar. O diuini:inquit:scium hominem et archanorum cæli sollertem indagatorē:puteolos uidemus / nec tamē tamanum in porticu neptuni ambulantē conspicimus. hominē irridet qui etiam in puerilibus titubet:cum philosophiæ magnus imo diuinus antistes haberi et dici uelit. Adiuuat quod inferius sic ait. respondere audacter isti nostro deo. Paulopost. At ille nescio quoiā. Corrigo at ille nescio qs.

At his qui in naui sunt moueri hæc uilla. lego. At hi qui in naui sunt moueri hæc nihil.

Nec ma quidam multa putant. scribe astra. probauit a solis magnitudine cum terra duodeuigiti partibus excedat pedalis tamē a nobis uidetur: nunc idem a magnitudine astrorum confirmat.

Aqua cæteris omnibus certum alexandriis eiusmodi facere non posset. Corrige. Aqua:cæteris omnibus:certe Alexandrum eiusmodi:facere non posset. eiusmodi expone similem/talem qualē reddiderat. Lisippum Alexandrum fecisse omnes sciunt.

Quid si eiusmodi causa centum singilla hic ānulo ip̄ssere. lego. sigilla hic ānulo. hic. i. i hac cera. Infra ānulariū artificē opificēq; ānuli uocat.

Quo uiam gallinarū iuenisti dilatū illū/q oua cognosceret scribo. quoniam gallinarium inuenisti oculatum illum:qui oua cognosceret. Sēsus. an quærendus ē ānularius aliquis:qui sigilla impressa in cera eadē/ex uno ānulo internoscat/queādmodum supra dicebas ouorum similitudinē ab homine assueto posse internosci. uerba superius posita hic addā ut sensus aptior sit. Qui gallinas alere p̄multas quæstus causa solerēt:hi cū ouū inspexerant:quæ id gallina pepisset dicere solebant. Gallinarius. n. dicitur: qui quæstus gratia multas gallinas alit. Gallinariū locū uocamus ubi gallinæ nutriuntur. Græci petaurum autore Polluce dictitant: nos uulgo a pullis gallinaceis pullariū. Oculatū uocat oculi mira p̄spicuitate p̄ditum.

Quō qui cum expertectus esset erinius non diceret se uidisse homerū sed uisum esse. Altineo aūt. sed mihi uenti q̄ cor cōsentit. lego ut superius docui. Quō qdem cū expertectus esset Ennius non diceret se uidisse Homerū. sed uisum esse mihi: aliter cor cōsentit cum oculorum aspectu. Dicebat. n. Ennius Pythagoram sequens et eius metampsychosin hoc est trāsanimationem. Ego qdē uidebā Homerum enārrātē in corpus meum animam suam transmigrasse. sed cor meum hoc credebat: Dicebat Ennius. uel altineus apud Ennium se uidere. Mens non credebat: nec oculorū aspectus: qui mihi experrecto nullū homerū adesse ostēderūt. Sed fallebatur cor tantum hoc ē credulitas: oculi nō fallebant: q docuerūt me nō uidere homerū. Sed me credidisse ut uiderē: et ita mihi uisum ē: non tamen uidi. Propterea fallitur Epicurus q tradit cū unus sensus fallit oēs decipi. Nam in somnio Ennii deceptū ē cor: oculus nequaquā. De hoc somnio ennii Persius. Cor iubet hoc ēni postq̄ destertuit eē Mæonides quitus pauone ex pythagoræo. Altineo. n. nomē ē introducti ab Ennio. Idē Marcus Tul. infra. qd ipse altineo tuus: qui negat cor sibi cum oculis sentire. Idem. apparet. n. iam cor cum oculis consentire.

Quid apud Euripidem Hercules cum ut Eristei filios uel ira suos cōfigebat sagittis. Scribe. cum aut Euristei. De euristeo tyrāno: cui seruiuit Hercules quis non meminit. de quo Maro. Quis non euristea durū. Lege Aristotelē i pblematis encyclicis doctissime narrātē queadmodū p irā hercules multa nefāda patrauerit agitatus nigra bile et comiciali morbo.

Cellulee. scribo. cæruleo. ignē uero ceruleum dixit piceum et fumidum ad astra crassa caligine tendentem.

Intendit Terintus Apollo arcum auratum. quid si legis tyrinthius a loco ubi colebatur.

Dialecticā inuētā eē dicitis ueri et falsi quasi discrepatricē. lego. disceptatricē hoc ē discriminatricē et iudicē a uerbo disceptare unde disceptatores dicti: q pro iudicibus ad lites dirimēdas interueniūt.

Tū paucis additis uenit ad soritas lubricum sane et periculosum locū D. scribe. uenit ad soritas lubricum sane et periculosum locum dialectica. Soritas græci uocant captiosum et multiplex argumētandi genus: in quo ex uno concesso ad multas conclusiones connexas assurgant: de quā re supra Marcus Tullius sic. Mihi autem non idem faciendum puto. sed ipsa capita dicenda: et primum quidem hoc reprehendendum q captiosissimo genere interrogationis utuntur: quod genus minime a philosophia probari solet: cum aliquid minutatim et gradatim addit aut demit soritis hoc uocāt: q aceruū efficiūt uno addito grano: uitiosū sane et captiosū gēus. Sic. n. ascēditis. si talē uisū abiectū ab eo dormiēti ut pbabile sit

cur non etiam ut ualde uerisimile: cur demum ut non difficiliter a uero internoscatur. deinde ne internoscatur quidem. Postremo ut nihil inter hoc et illud intersit. huc si pueneris me tibi primũ quidq̃ concedere meum uitium fuerit: si ipse tua sponte processerit tuum. Soritas uocant a dictione græca σωρὸς quæ significat cumulum et aggerem. quoniam semp ascendunt in cumulum hæc argumẽta. Latini aceruum. De his Persius itelligit autore prisco ĩterprete Probo. Inuẽtus crisippe tui finitor aceruí. Sidonius: Martianus has soritas dictitant aceruos.

Aliquando priusquam ad multa perueniat quiescere .i. quod dicitur hesitati impine uel strictas. corrige. Quiescere id ẽ quod dicitur hesitare licet. Rumpere uel strictas licet inquit. Sensus. Crysippus aculeos horum aceruorum in te dirigit: assumit/proponit/oportet uel negare uel concedere positum: deinde propositum/inter positionem et propositionẽ licet quiescere/quid quiescere dixi immo paululum conniuere et hesitare respirareq́. proin: inquit Cicero: rumpe istas soritas uel etiam quamuis strictas in te / et acumen in uitam tuam intendentes. Stringere ensem est euaginatum manu arripere ut hostem inuadas. Si locus his quo ferentur equi princeps erit. lego præceps.

Quid quod eadem illa ars quasi penelope tela retexẽs. scribe. quasi penelopes telam retexẽs. Omnes nouerunt penelopen telam: ut procos falleret: textam interdiu: noctu solitam retexere: quare de his qui idẽ opus frustra repetunt prouerbialiter dicitur: telam penelopes retexere.

Ex his sequẽdas eẽ alias improbandas. Bis hic repetẽdum ẽ alias. leuia hæc quidem fortassis uideantur et friuola. sed curiositas nihil recusat.

Tribunium aliquẽ censeo adeant. a me istam exceptionem nunquam impetrabunt. Corrigendum puto. tribulium. hoc sensu. hæ soritæ ueritatem potius implicant q̃ explicent: mihi ut pote rationem sequenti illis hærere non iuuat: q̃ si inanes isti philosophi assensores quospiam quærunt adeãt tribules aliquos/uulgares et populares: q cõcedãt etiã quæ nesciũt. Tribules i ordinẽ tribuũ cõscriptos uocãt: et cõsequenter piguẽ popellũ.

Sin uitiose et nimiam Diogeni reddet. Scribo. Sin uitiose at minam Diogeni reddet. Mos erat atticorum disceptantium ut qui uitiose concludebat mina uel aliquapiam taxatione multaretur: quem morem aduertes in Gelii libro decimo et septimo his uerbis. Saturnalibus athenis alea quadam festiua et honesta lusitabamus huiuscemodi. Vbi conueneramus complusculi eiusdem studii homines: ad leuandum tempus captiões/quæ sophismata appellantur: mente agitabamus. Easq́ quasi talos aut thesserulas in medium uice sua quisq́ iaciebamus. Captionis solutæ/aut parum intellectæ præmium pœna ue erat / nummus unus sestertius.

Hoc ære collectitio quasi manuario cenula parabat omnibus: qui eū lu/
sum luseramus. consideratis Gelii uerbis legēdum uidetur negatione in/
terposita captionis nō solutæ. quoniam paulopost idem ait. Dicere ergo
debebat: qui ad sophisma diluendum ac refellēdum ritu aleatorio uoca/
tus erat in qua parte / in quo q̄ uerbo captio foret quid dari concediq̄
non oporteret: nisi dixerat: nummo singulo multabatur: Ea mulcta ce/
nam iuuabat. Diogenes ne mina mulctaretur fuit strenuus et circumspec
tus. Tradit enim idem Gelius cum eum ita rogasset Dialecticus. Quod
ego sum tu non es: Et Diogenes annuisset atq̄ ille addidisset. Homo au
tem ego sum. Cum id quoq̄ assensus esset: et cōtra dialecticus ita conclu/
sisset: homo igitur tu non es. Hoc quidē inquit Diogenes falsum est. et si
uerum id fieri uis a me incipe.

Quid enim conscēdēs nauem sapiēs non comprehēsum animo habet:
atq̄ pceptum se ex sentētia nauigaturum. Quid pōt. lego. qui pote ē uel
p contractionē pōt pro quomō possibile ē. Persius. Qui pote?uis dicā?nu
gatis cum tibi calue? et quæ secuntur. Propius. qua pote quisq̄ in ea cō
terat arte diē. Quī panda particula p quomodo ponit a Plauto subide.
et Oratius sic in sermonibus. Quī fit mecenas ut nemo quā sibi sortē seu
ratio dederit: seu sors obiecerit/ illa contētus uiuat?

Qui usq̄ ad senectutā cum carneade fuit homo et acutus ut pœnius.
quis fuerit hic pœnius ingenue me nescire profiteor: quare ita legēdū pu
to. et acutus et promptus. Laudat enim supius Clytomachum philoso/
phum: in quo multum industriæ fuit.

Ego enim et si maximam actionē puto repugnare uisis obsistere opini
onibus assensis lubricos sustinere: credoq̄ Ditomacho ita scribēti. Her/
culi quendam laborē exaridatum a carneade. scribo. ascēsus lubricos su/
stinere credoq̄ Clytomacho ita scribēti ut herculi quēdam laborē exan/
thlatum a carneade. Iocus Marci Tullii irridētis carneadē: qui cum nitere
tur tollere assensionē sibi uidebatur tanquam Herculaneum laborē ad/
gressum: feram immanē sustulisse: credebatq̄ se exanthlasse hoc ē exhau
sisse. i. ppessum eē ærumnam Herculis. An exanclare an uero quod me/
lius exanthlare dicēdum sit remitto te ad Plautinos nostros cōmētarios.

In liberis procurandis. expone erudiēdis et alēdis. sed magis latine lo/
queris si procreandis. paulo infra cum ait. et sibi ipsum contrarium. repe/
rio alibi scriptum eē. et sibi ipsi contrarium. res sensui leuicula: nitori ue/
ro eloquētiæ non parui momenti.

Cum sit. n. campus: in quo possit exultare oratio cur eam in tantas
angustias et in stoicorum dumete. Compellimus. Scribo in stoicorum du
meta compellimus. Sic enim iūctim legēdū ē. Dumeta horrida et aspa

uocat argumēta inter se complicata ut dumi hoc ē uepres:quos uetus cō/ uoluerit. Dumeta loca dumis consita dictitamus/quemadmodū spineta/ uepreta/et senticeta.

Age restitio peripateticis. corrige. restito pro repugno: reluctor: nec me trahi sino.

Non quero rationes eas: quæ.ex iectura pendent. scribo ex coniectura. dicuntur rationes pendere ex coniectura: quæ minime firmæ sunt: nec penitus radicem egerunt.

Punctum esse/quod nullam magnitudinem habeat extremitatem: et quasi libramētum: in quo nulla omnino grossitudo sit. scribo. quod nullam magnitudinem habeat/nec extremitatem: et quasi libramentum: in quo nulla omnino crassitudo sit. nec enim grossitudo nec grossus uoces/ quibus recentiores medici scatent: puræ aut integræ latinitatis sunt. Sed pro his Romani crassum et crassitudinem dicunt.

Quod si geometricis rationibus esse crediturus: quæ uim afferunt ī do cēdo uos ipsi ut dicitis. lege. quod si geometricis rationibus sese creditu/ rus. uos ipsi ut dicitis: ē anastrophe: pro eo quod ē. ut uos ipsi dicitis.

Ne ille longe aberit. uæ cum diphtōgo pro certe scribo. uide Plautum nostrum in amphitruone: et Priscianum.

Vnum ex physicis pictissimum probabitis. scribendum potissimū. quo/ niam paulum supra dixerat. finge nunc aliquem fieri sapiētem nondum esse q̃ potissimum sapientem.

Princeps talis unus. Thaletē intelligo: de quo Ausonium lege
Cum subditur infinitum aer. quis nescit aera legēdum.

Mihi ne dybitere quid relinquatur ut omittam leuitatem temere assentiēdum. Corrige. mihi ne dimittere quidē relinquatur ut omittā leuitatē temere assentiēdi uel assentiētium. et sensus ē. tibi nō licet hanc oppugnationem negligere. sed tanquam caput tuum tutari/mihi nec quidē dimittere illam nisi nostræ ditionis assertam relinquere.

Cur deus omnia nostri causa cum faceret sic multis tātam uim in ateri cum. scribo natricū. Sunt natrices serpētes pestiferæ: quæ in aqua uenenū spargūt a natādo dictæ. Lucanus. Et natrix uiolator aquæ.

Cuius quidē uos maiestatem deducitis usq; ad apium formicarumq; perfectionem: ut etiā inter deos mirmetides aliquis minutorum opusculorū fabricator fuisse uideatur. Myrmecides scribendū est. Fuit enim myrmecides: qui sibi maximam gloriā pepit in puis marmoreis opusculis. Fecit enim muscam ala quadrigam tegētē. Similiter in paruis imagunculis laudē pitheicus retulit: unde sic cecinit Propertius. Pitheicus parua uindicat arte locum. Sensus Ciceronis ē. uos deum fabricatorē etiam minutulorū

Q

ducitis eē tanquam quēdam myrmecidem: qui et cōtemnēda fabrefacere non contemnit. De hoc myrmecide meminit his Plinius libro trigesimo sexto na. hist. Sunt et in paruis marmoreis famam consecuti myrmecides: cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca/ et callicrates: cuius formicarum pedes atq; alia membra puidere non ē.

Ecce tibi e transuerso lauisa tenus Straco q det. expunge audacter hæc potēta uerborum sic hæc meliora substituens. Ecce tibi e transuerso lacydes tenet et Strato qui dent. hoc ē improuisi tenēt te e trāsuerso et ob hoc nocentiores ruunt lacydes et strato. De lacyde supra. De Stratone infra meminit.

Neq; ut ille/ qui aspis et leuibus et hamatis micinatisq; corporibus. corrige: hamatis uncinatisq; corporibus. corpuscula atomorū describit: quæ imitantur hamos et uncinos si democrito credimus.

Hæc est Democriti non docētis. sed optantis: corrigo. opinantis. docet eni q ueritatē tenet: opinaẽ q umbrā ueritatis et falsum imaginaẽ.

Neq; eo tā aiunt empici notiora illa quia possunt fieri/ ut patefacta et deiecta mutenẽ. lego. neq; ea: aiunt empyrici: notiora sunt quia possunt fieri ut pote quæ patefacta et obiecta mutentur. Sensus. oculi humani hebetes sunt ad cognitionem ueritatis/ quin īmo aiunt medici sciētiā expientiæ habētes non curationes/ nec uulnera esse notiora hoc ē pstare nobis certiorem fidem et cognitionem qa bene succedant sæpe expientiæ. quoniam patefacta et obiecta intellectui nostro/ et qualitatem suam ostendētia medicis cognoscētibus causam illius morbi sæpe in melius/ aliquando in peius q̄ sperabamus mutenẽ. Herophili erasistratiq; temporibus ī tris ptes medicina diducta ē/ ut una esset quæ uictu: altera quæ medicamētis/ tertia quæ manu medereẽ. Primam διαιτητικὴν. i. diæteticam/ secundam φαρμακευτικὴν. i. pharmaceuticā/ tertiā χειρουργικὴν. i. chirurgicā græci nominauerunt. Eius autem quæ uictu morbos curat longe clarissimi auctores etiam altius quædam agitare conati/ rerum quoq; naturæ sibi cognitionem uindicarunt: tāq̄ sine ea trunca et debilis medicina eēt. Post quos serapion primus omnium nihil hāc rationalē disciplinam ptinere ad medicinam professus in usu et experimētis eam posuit: quem Apollonius et Glaucias et aliquanto post Heraclides tarētinus/ et aliqui non mediocres uiri secuti ex ipsa professione se empiricos appellauerūt. Hæc Celsus libro primo medicinæ.

Liber a tali irrisiōe socrates/ liber Stochius: quid si stoicus legis? Paulū infra cum sic scribitur. probabile sicci occurris. quis non uidet. sic. scribēdum. Quin et cum superius paulo quasi terra cælum mouēt: puto scribēdum mouetur. præterea. infra urgebor iam omnium nostrum. scribo ut

gebit et ad coniunctionem refero. Infra quoq; sic scriptum ẽ. Et ut nos neq; sumus ad baulos pureolosq; uideamus. scribo. et ut nos neq; cum sumus ad baulos puteolos uideamus.

Neue fueris commenice rebus ascẽsus. scribo. ne ue fueris cõmẽtitiis rebus assensus hoc ẽ ne assentire rebus his uanis/friuolis et nugatoriis: adulterinis et a ueritate remotis. Commentari seu comminisci significat excogitare falsa et adulterina. assensus. n. ẽ præteritum pfectũ a uerbo assentior. Adiuuat quod seq̃t. nihil sentire melius ẽ q̃ tã parua sentire.

Zenoni et reliquis uero stoicis ether uidetur summus deus mente præditus quia regantur Elenter/quæ quasi maiorum est gentium. corrige. zenoni uero et reliquis stoicis æther uidetur summus deus mente præditus: qua regantur elementa: quæ quasi maiorum est gentium hoc est quæ minorẽ obtinẽt in rebus his principatum. Alludit ad diuisionẽ urbis/quæ diuidebatur in maiores et minores gentes. Est. n. similitudo tracta ab urbe.

Cogimur dissensione sapientum dominum nostrum ignorare: quippe qui nescimus soli antethen seruiamus. scribo. soli an ætheri seruiamus. Tanta uarietas ẽ inter sapiẽtes ut ignoremus an dominum nostrum solẽ accipiamus: quod Plinio non displicuit: an uero ætheris purãm lucẽ: iuxta illud poetæ prisci. Nullus ægrotus senex tam iforme somniauit quod non aliquis philosophorum dixerit.

Vos ergo huius magnitudinem quasi decempeda. huic enim me quasi materialis architectis mensuræ uestræ. nego hoc pmensi refertis. Scribo. Vos ergo huius magnitudinem quasi decempeda. huic enim quasi materiali architecto mensuræ uestræ nemo hoc pmensum refert. sensus ẽ. Vos O ingenia summa: quæ creditis solem posse comprehẽdere ptica mensuræ accommoda: quæ decempeda uocatur: qua qui utitur uocatur decẽpedator: metimini hunc solem: et tanquam illi respondeterint: nobis licet: et ego inquit antequam responsum daretis sciebam. sed ego recte credã huic soli uos non posse nedum suam idest solis. sed nec uestram mensuram colligere: nec circumscribere. Simile in Astrologos græcis uerbis scriptum epigramma admonens illos ut prius corpusculum suum mensurent: demum solem et cælum. Post hæc subsequitur Cicero priorem sententiam idest solis. peto a uobis: ait: si quispiam est qui decempeda solem mẽsurauerit nemo affirmat: difficile ẽ igitur magnitudinem solis colligentibus credere.

Neq; cum istas quæstiones philosophorum exterminandas puto. Est enim animorum ingeniorumq;. Quidam mallũt scribere. Neq; ego istas quæstiones philosophorum exterminandas puto. Est enim animorum ingenuorum. Paulopost. humana decipimus. corrige. despiciamus.

Si uera aliquid occurrit quod uerisimile uideatur humanissima coplet animus uoluptate. scribo. amœnissima.

Post Euclides Socratis discipulus magis areus: a quo iidem illi megarici dicti. Corrige. post euclides Socratis discipulus a quo megareus. uel socratis discipulus megareus pro megarensis.

A menedemo autem qp is eretria sint aretriaci appellati. Scribo. a menedemo autem qd is ex eretria/sint eretriaci appellati. Sensus. Menedemus autem quoniam fuit ex eretria ab eo philosophi dicti sunt eretriaci. Eretria antiqua ad portum delphinium in euboea iacet nauigatione. Lx. stadiorum habens. Secundum post delphinium est oropus stadiis intra xx. Apud hunc uero e huius temporis eretria. Autor Strabo geographiæ libro nono.

Adiaporia ab ipso dicitur. lego adiaphoria hoc e indifferentia et neutralitas: ut ita loquar: in qua summum bonū zeno posuit.

Phirro autem ea ne sentire quidē sapientem: quæ apati nominantur. Scribo. Pyrrho autē ne sentire quidem sapiētem: quæ ἀπαθῆ nominātur. Sensus. Pyrrho nec illa quoqꝫ sentire sapientem: quæ indifferentia dicebat Zeno, sed nec sentire quidem quidq̄: quod apathin hoc e nihil pati græci uocant. hic e ille pyrrho/a quo sceptici philosophi pyrrhonii dicti: e quibus fuit Fauorinus. hi ad interrogata dubia proferebant: semper ambigentes. dicebant enim potest esse qd cælum est leue/et potest eē qd est graue. De his Gelium inuise. Paulum infra cum scriptum e cum cinaraicis tu scribe cum cyrenaicis.

Præsertim Theophrasto dissero copioseqꝫ dicente. scribo. diserte copioseqꝫ. Infra cū inquit. Est enim magnus: uerus: aureolum. quid si scribis e magnus uerum aureolus.

Consulem: prætorem: imperatorem: nescio. an ne quin qui uirū. Quid si quinqꝫuirum scribis? Paulum inferius. si eas assensus. corrigo. si es assensus uel si eas assensum figurate p assentiaris.

Apud Ditomachum cum carneades et Stoicus Diogenes ad senatum in capitolio starēt aulum albinum: quintum. P. Scipione et. N. Marcello communes prætore cetum. Corrige audacter. Apud Clitomachum cū carneades et Stoicus Diogenes ad senatum in capitolio starēt aulum albinū quintum. P. Scipione et. M. Marcello cōsulibus: prætore sextum. Quitum aduerbialiter ponitur a denotante quinquies consularē dignitatem iniuisse. Sextum prætor: qui præturam sexies auspicatus e. Plinius. sextumqꝫ consul et tribunitiæ potestatis particeps. Gelius Marcum Tulliū Ciceronem inquit hesisse nunquid sextum consul an sexto diceretur: et per hanc ambiguitatem Tullium consueuisse dimidiata uerba scripu/

tate. Augustinus tamen discreuit hæc in libro de grammatica his ferme uerbis. Est etiam quædam obscuritas in aduerbiis: die secundo: tertio: quarto: quinto: sexto: et secundum: tertium: quartum: quintum: sextum: ut puto secundo factus est consul: et secundum fuit consul. secundo ad ordinem pertinet. secundum ad numerum / ut puta cum dico secundo factus est consul: pertinet ut dixi ad ordinem: quod primo alter factus sit: et sic alter secundo. Cum autem dicimus secundum consul uel tertium uel quartum uel quintum uel sextum ad numerum pertinet: qđ sextus fuit consul. Inde Cicero de Mario sic ait. Sextum consul idest qui sex consulatus meruit: et septimum consul qđ septies consulatum meruit. Hæc Varrod ifinxit in libris numerorum.

Nam hæc urbs / neq̧ mea ciuitas tamen. scribo. Nam hæc urbs atq̧ mea ciuitas tamen. Subintellige putat me sapientem: quæ mihi prætutam honorem sapientis humeris aptum delegauit: cuius iudicium plurifacio quã tuum. Paulum supra. historia scripta græca. scribo. græce. Præterea cũ ait. Iacentem scripsisse carneadi. corrige tacentem. Dicitur quis tacens scribere qui cum uideatur utens breuitate laconica tacere / scribit tamẽ aculeata uerba: quæ plus habent in recessu q̃ polliceant in fronte.

Aliquid astre tam comprobem. scribo. aliquid astuens tam improbum et incognitum. q̃q̃ apolemonis. seiunctim legendum ẽ a palæmonis. Est enim palæmon philosophi nomen.

Tantum uiderem qđ tu non es commotus ascíscis assentiris. Approbat uerum. Lego. tantum tibi disto qđ tu non es commotus a sensibus: assentiris. Approbat sapiẽs uerum illud certum. Discrimen facit inter sapiẽtis motum et uulgaris.

Aut atriphon nunquam. quidam legunt nihil acrius. ego ulterius quærendum censeo.

Et quidem ut seditiosi tribuni solent occludi tabernas iubes. scribo iubes. mos erat seditiosorum tribunorum iustitium indicere: iubere officinas et tabernas claudi / ut indicium darent negocium leue non instare. Sed periculum formidolosissimũ. Paulopost ad illã ueniã. scribe ad illa.

Quã q̃ rem ullam. scribo. quamquam pro aliquam.

Quæ nomẽ ei rei quod autem consueuerat taceleṕsi imposuit. Scribo. qui nomen ei rei qua cum consueuerat prolepsin imposuit. Idem Cicero supra. Cætera autem similitudinibus constituit: ex quibus efficiuntur notitiæ rerum: quas græci tamẽ eundem actum prolepsis uocant. Paulum infra. arce uehementes compresserat. scribo. arte.

Ita tu nunc catulle lucere nescis: neq̧ tu hortensi. in tua uilla noscere.

Lego. Ita tu nunc Catule lucerna ne scis ne q; pro et ne. seiunctim ne in/terrogatio et q; copulatiua scribēda. infra paulo. si nihil comprehēsi possit. scribe comprehendi.

An pateretur hæc erixis aut phidias. Scribo. an pateretur hæc Zeuxis an phidias. Infra. ea ut esset factam scribo facta.

Fauonius ipse uisus iurat magnitudinibus tempus eē. scribo. Iurat mi/grationis tempus eē. Prestolabantur enim Cicero: hortensius et Catulus dum uentus migrationi incommodus cessaret. Fauonius leniter spirans et maria sternens iurat idest pollicetur adridens flatu beneuolo tempus discedendi commodissime appetere. Iurat dixit ludens in iureiurādo iudicū: de quo superius multa dixerat repetit festiue uerbum supra positū: uel alludit ad nomē philosophi Stoici Fauonii/cui erat æmulatio cū Catone.

Quam de oculorum sensuumq; reliquorum mendaciis et desolite aut Peudomeno. Scribo. Quā de oculorum sensuumq; mendaciis et de so/rite aut pseudomeno. Intelligit per Soritas implicata illa argumenta: de quibus supra. Pseudomenon argumentum fallaci Stropha differentes implicans. Pseudomenon interpretamur mendax. Species esse implexo/rum sirporum docet sic subdens Cicero. Quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.

Assuum autem non perceptio. lego. assumam autem. incipit autē uti anacephaleosi idest recapitulatione/et quidquid carneades dicebat: et cæteri sui dogmatistæ: colligere.

Perepochem illam omnium rerum comprobans qui. lege. periochen illam omnium rerum comprobans quin. perioche enim comprehensio dicitur: quod patet ex titulo Ausonii lepidissimi poetæ in descriptione historiæ Homericæ. Paulum infra. habito inquam sententiam tuam. quid si habeo scribis. hoc sensu. accipio: teneo sententiam tuam: nec illa mihi displicet nisi habitare noue usurpasset pro ualde habere.

Tum ille ridens tollendum teneo te inquam. Nam ista academiæ est propria sententia. Sensus hic subobscurus est admodum/proinde lu/cerna lucubratiuncularum nostrarum eget. Interrogabat Catulus hor/tessium quid de conclusione totius disputatiōis sibi uideret: sic respōdet. uelum nauticum leuandum mihi uidetur: et abeundum esse præcipue uocante Zephyro grato nautis spiritu. Respondet Cicero. teneo te inquā. Hoc est subobscurum: hoc uerbum et in multas partes trahi capax. Acci/pio. nauigandum esse melius ducis et putas q̄ de conclusione contraria disputare. Nam ista academiæ est propria sententia non disputandum esse. setq; si disputandum nil concludendum. quoniam conclusio scientiam

gignit: quã tollit academia. Potes subobscure credere loquutũ eẽ hortẽsiũ ne catulum offenderet / et dixisse tollendum hoc est e medio / et abolendum hoc dogma academicorum. Nam tollere et extollere hoc significat. Prior lectio congruentior genio Ciceronis est: et ridiculo hortẽsio: qui rem quam ioco inceperunt: ioco finiendo condiant.

Epitomes Pii in hortensium finis.

Fabula Anticli ab Vlyxe a loquendo cohibiti explicata: simulq; altercatum nunquid Angelus Politianus recte Domitium taxauerit. Caput. c.l i.

IACOBVS Constantius Fanensis uir græce et latine doctus: in quo mihi non mediocriter applaudo quod et amicus: et auditor meus extiterit: inter ambulatiunculas: quas æstiuis horis a cena captare consueuimus mecum disceptare solebat an Politianus Angelus Domiti Veronẽsis præ rabidus insectator / candide magis an canine Calderinum taxauerit in expositione illius carminis in ibim. Vtq; loquax in equo ẽ elisus guttur agenor / Sic tibi claudatur pollice uocis iter. Fabula quæ refertur a Domitio nimis esset accommoda si anchora autoris idonei fulciretur. Constãtius meus Homerum ab Angelo in testimonium adductum non Angeli sententiæ satisfacere contẽdit: nec asserere anticlon strãgulatum fuisse. sed a loquendo cohibitum oppositis ori manibus. Curiosi hominis fuit ista dubitatio: et ingenii prorsus musici. Assentiabamur in primo con gressu antequam cõminus pugnaremus Iacobi nostri candori pro Domitio ad me prouocantis. Adiuuabat hoc qđ Homerus manus Vlyxæas oppositas ori tradit anticli / et de pollice nulla fit mentio: quo agenor introductus ab Ouidio spiritali arteriæ impacto perimitur. Nam Homeri carmina in quarta rhapsodia posita sunt hæc.

ἄντικλος δὲ σέ γ' οἶος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν
ἤθελεν, ἀλλ' ὀδυσεὺς ἐπὶ μάστακα χερσὶ πίεζε
νωλεμέως κρατερῇσι, σάωσε δὲ πάντας ἀχαιούς·
τόφρα δ' ἔχ' ὄφρα σε νόσφιν ἀπήγαγε ἀθήνη

Hic enim ab Homero tantum refertur Helenam accessisse ad equum fabrefactum ab epeo: quam simulantem uxorum uoces nullus non equo inclusorum græcorum heroum contempsit præter Anticlum: qui helenæ uocem uxoris eius Laodamiæ simulanti / cum respondere uellet manibus ori suo oppositis cohibitus est ab Vlyxe: unde non mouit manus quousque pallas iuberet Helenam abire. πίεζε uerbum quo

ŭſus eſt Homerus ſtrangulationi non eſt aptum. Sed preſſuræ: quæ fieri poteſt citra mortem: ſtrangulatione ultimam perniciem præſupponente. Congruit qđ tradit Homerus illum retentum donec pallas auerteret Helenam. Si enim Vlyxes eum ſtrangulauerat: qd opus fuerat tenere? Cū dicant hominē mortuū nō mordere: et conſequēter nec garrire.

Quæ cum ita ſint cum Conſtantio meo congruo in hoc uno Angelu n non recte ex Homero detorſiſſe Anticlum ab Vlyxe ſtrangulatum: nec uerbis Ouidianis Homericus ſenſus applicari poteſt. quoniam Homerus χερσί dixit. Ouidius pollice. Homerus πίεζε. Ouidius Eliſus. Cæterum ab Angelo ſum afferens ſecum in equo anticlum periiſſe: an hac an alia de cauſa non ſatis loquet. Sed in hoc errauit Angelus quod cum debuiſſet certum in re dubia teſtimonium afferre: incertum protulit. Si tryphiſiodori græci poetæ auctoritati heſiſſet magis e re ſua feciſſet: cuius tamen aduocat carmina. ſed ad hoc tantum propoſitū ꝙ Anticlus uocaret ortygides: cōfiſus fidei homerici carminis: quod nullā uel minimā de ſuffocatiōe Anticli ꝑſtat fidē. Tryphiſiodori carmīa ſunt hæc.

Ὀρτυγίδης ἄντικλος ὅν αὐτόθι τεθνειῶτα
ἵππω δακρυόεντες ἐνικτερέιξαν ἀχαιοί. Hoc ē. ortygides autem Anticlus: quem ibi mortuum equo lugentes ſpoliauerunt græci. Hinc uberrimum teſtimonium elicitur in equo periiſſe Anticlum. Datur tacite intelligi propter præſſuram manuum Vlyſſis: quibus cum diu forſan illum oppreſſiſſet præbuit exitii cauſam. Nec obſtat qđ: pollice: dicatur ab Ouidio: ab Homero uero: manibus. Eſt enim figurate ab Ouidio pars pro toto poſita. Indigent expoſitione carmina Tryphiſiodori et interpretatione: quæ Angelus Politianus aduocauit ut oſtenderet uxorem Anticli nominatam eē laodamiā. Carmina Tryphiſiodori ſunt hæc.

ἄντικλος δ᾽ ὀτρυνθεὶς ἐδέξατο λαοδαμείης
μοῦνος ὁμοιβάιην ἀγρὰ ἀλλοτρίην ἀνοίξας
ἀλλ᾽ ὀδυσεὺς κατέπαλτο. Latine ſic ſonant. Anticlus autem quando ſtimulum ſuſcepit laodamiæ ſolus retributionem ideſt reſponſum orſus eſt aperiens garrulitatem. Sed Vlyxes exiluit. Anticlus dictus eſt ſuſcepiſſe ſtimulum laodamiæ quando accepit uocem Helenæ repreſentātis uocē uxoris ſuæ laodamiæ: quæ uox deſiderio uxoris illum ſtimulauit ad loquendum quāuis prohiberetur.

Quod antiqui commercio non emptione uterentur iureconſulti Pauli uerba ad integritatem ſuam redacta: reſtitutis Homeri ſententiis: quæ areis deformiter patentibus uiſebantur.

RIscis legum consultis nihil eloquentius eruditiusq; noui: recẽtioribus nonnullis nihil infantius et ineruditius noui. P Antiquis illis maiestatem legum referẽtibus uerbis romanis et Romana doctrina maior inerat cura eloquenter loquendi q̃ loquendi. ex his quidam infantissimi omnium uix caste nomen proprium eloquuntur meram gothicam barbariem redolẽtes. Consultissimi illi iuris auctores signate loquebantur: isti spurce et impropriẽ effutiunt mõstra ab ultima barbarie a Bartholo Baldoq; relata. Illi scatebant oratorum poetarumq; doctis adminiculis. Hi poetas incessunt: et ex albo suo tanq̃ e platonica republica explodũt: quo euenit ut cum casu uideas latine loquitari credas te audire lexiphanen Luciani portenta uerborũ euomẽtem. Sunt tamen merito in doctorum decuriam asciti in musæum Bononiẽse q̃plurimi: qui non minus Ciceronẽ q̃ Bartholum excusserunt. de Barbaris loquor et illiteratis his nostris longe dissimilibus: inter quos: tanq̃ inter deos Iupiter: Ioannes Campegius eo lacte fluit eloquentiæ ut cum illum audias uix euelli possis: et ad eius mixtam cum suauitate nectarea eloquẽtiæ doctrinam consenescas. Sed quid Bonifacium Elephantutium Iacobumq; Bouem meum recẽseam: ex quorum labiis melle suauior fluit oratio: et innumeros alios: quos referre non leuis est labor? Omnes hi optimo consilio doctrinam cum eloquentia commiscuerunt. Sed ad propositum nostrum regrediamur.

Paulus iurisperitus digestis de contrahenda emptione libro undeuigesimo sic scriptum reliquit. Sed an sine nummis uenditio dici hodie possit dubitatur: ueluti si ego togam dedi ut tunicam acciperem? Sabinus et Cassius esse emptionem et uenditionem putant: Nerua et Proculus permutationem non emptionem eẽ aiunt. Sabinus Homero teste utitur: qui exercitum græcorum ære ferro hominibusq; uinum emere refert illis uersibus græcis. Sed hi uersus permutationem significare uidentur sicut illi. Magis autem pro hac sententia illud dicetur: quod alias idem poeta dicit. Viden ut ex pulcherrimo iureconsulti corpore uerba homerica tanquam primaria membra conuulsa elumbem: fedum: deformem codicem reddant. Prima autoritas sic inserenda est mutuata ex Homeri libro septimo Iliados.

ἔνθεν ἀρὲ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί·
ἄλλοι μὲν χαλκῷ· ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν.
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι. Hoc est græci comati emptitauerunt

uinum / alii ferro / alii ære. alii coriis bubulis. alii bobus: alii mancipiis.

De hoc ritu sic Plinius libro trigesimo tertio natu. histo. Utinamque posset e uita in totum abdicari aurũ sacra fames: ut celebertimi autores scripsere: proscissum conuitiis ab optimis quibusque / et ad perniciẽ uitæ repertũ. Quãtũ feliciore æuo cũ res ipsæ pmutabãt inter se: sicut et troianis tpribus factitatum Homero credi conuenit. Ita enim ut opinor commercia uictus gratia inuenta: alios coriis bouum: alios ferro captiuisque rebus emptitasse tradit: Videtur ergo Plinius carmina superiora demonstrasse. Seruius Maurus in enarratione illius sententiæ ex georgicis. quamuis milesia magno Vellera mutentur tyrios incocta rubores. sic ait. Mutentur magno ingenti ptio comparentur. Nam apud maiores omne mercimoniũ in pmutatione constabat: quod et Caius homerico cõfirmat exẽplo. Libro tertio institutionum desunt hi uersus in rubrica de emptione et uenditione sic loquẽte iurispento. Illud est quod uulgo dicebatur pmutatione rerũ emptionẽ et uenditionẽ contrahi / eãque spẽm emptionis uetustissimam eẽ / argumẽtoque utebatur græco poeta Homero: qui aliquam partẽ exercitus achiuorum uinum sibi comparasse ait permutaris quibusdã rebus. his uerbis ostendit et iureconsultus deesse in institutionibus hæc uerba græca. Secunda autoritas Homeri: quæ media inferenda Pauli titulo fuerat nunc memoriæ non suppetit: si occurret studiosos legum olim nouo munusculo demerebor. Sed de eloquẽtibus iurisperitis intelligo: barbaros autem floccifacio: qui mallunt græcum uinum bibere q̃ græcas literas legere. Sed id quod subsequit̃ i tertia Homeri autoritate post hæc Pauli uerba. magis autem pro hac sententia illud dicetur: quod alias idẽ poeta dicit. tu græcos Homeri uersus areæ hianti sic insere i fine primæ rhapsodiæ poematis odysseæ prope calcem positos.

τὴν ποτὲ λαέρτης πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν

πρωθήβην ἔτι ἐοῦσαν, ἐεικοσάβοια δ᾽ ἔδωκεν.

Sensus ẽ Homeri quod laertes emit eurycliam uiginti bobus. Cum uero Paulus iureconsultus contẽdit antiquos emere solitos commercio hoc est rerum permutatione / uersus pristinos de permutatione facere fidem refert: non autem de emptione: uersus uero istos ex primo odysseæ allegatos magis emptionem probare uidentur ab antiquis fieri solitam per commutationem et commercium quoniam ẽ additum uerbum πρίατο quod congruit emptioni. in superioribus uero Homeri carminibus uerbum non ẽ additum emptioni Seruiẽs. quare probo lectionem prisci codicis pliniani libro trigesimo tertio: in quo non emptitasse: sed mutasse scriptum ẽ: quali figura loquẽdi Virgilius utitur cum ait. milesia magno Vellera mutentur.

Deorum insignia quæ i priapæis posita sunt eē detorta ex epigramai te græco. Cap.cliii.

q Vis nam priapæi hoc est osceni poematis fuerit autor a literarum magnis ducibus ambigi scio/hinc Seruio Virgilium prætēdente:illinc Angelo Politiano Nasonē Ouidium. Superius cum nōnulla ex hoc poemate enodarē nec hūc nec illum scriptorē sputcissimi poematis agnoui:contendi opus eē congestitium / et quoddam ueluti symbolon hoc ē collatitium carmē uanis et inumeris:q ea floruerunt ætate:poetis in gratiā augusti uel mecenatis/uel alterius summatis uiri:epigrammata lasciua ludētibus. Placet in gratiam mecenatis fuisse cōposita :quando ipse poetarū propugnator fuit acerrimus et fautor. Adde quod horti mecenatiani celeberrimi sunt apud idoneos autores. Nuper cum euoluerē epigrammata græca deprehēdi ex uersibus atticis totum perfecisse epigramma autorē istius opusculi quod sic in osceno carmine legitur.



Cur oscena mihi pars sit sine ueste requiris?
  Quæro tegat nullus cur sua signa deus?
Fulmen habet mūndi dominus:tenet illud aperte.
  Non datur æquoreo fuscina tecta deo.
Nec mauors illum:per quēm ualet:occulit ensem:
  Nec latet in tepido palladis hasta sinu.
Num pudet auratas phœbum portare sagittas?
  Clum ne solet pharetram ferre diana suam?
Num tegit alcides nodosæ robora clauæ?
  Sub tunica uirgam num deus ales habet?
Quis bacchum gracili uestem prætendere thyrso?
  Quis te cælata cum face uidit amor?
Nec mihi sit crimen qđ mētula semp apta est.
  Hoc mihi si telum desit inermis ero. Sentētia huius epigrammatis ex secundi uersibus ē sublata quamuis iste Secundus non in statuam priapi Sed amoris ediderit epigramma. Sed iam Secundum audi.

σκυλοχαρεῖς ἴδ᾽ ἔρωτας ἴδ᾽ ὡς βριαροῖσιν ἐπ᾽ ὤμοις
  Ὅπλα φέρουσι θεῶν νήπια ἀγαλλόμενα,
τύμπανα καὶ θύρσον βρομίου ζηνὸς δὲ κεραυνόν.
  ἀσπίδ᾽ ἐνυαλίου καὶ κόρυν εὔλοφον
Φοίβου δ᾽ εὔτοξον φαρέτρην· ἁλίου δὲ τρίαιναν
  καὶ σθεναρὴν χειρῶν ἡρακλέους ῥόπαλον·
τί πλέον ἀνθρώποισιν ἔρως ὅτε καὶ πόλον εἷλε
  τεύχεα δ᾽ ἀθανάτων κύπρις ἐλεύσατο.

Allimachus cyrenæus: quem tanquam poetarũ numen latini græciq́ pariter sunt uenerati in dialogo: cui titulus est in delum hos ponit.

Οἱ μὲν τοι καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτοι
ἀσταχύων φορέουσιν· ἃ Δωδώνηθι πελασγοὶ
τηλόθεν ἐκβαίνοντα πολὺ πρώτιστα δέχονται
γηλεχέες θεράποντες ἀσιγήτοιο λέβητος.

Hoc est. hi quidem tibi culmumq́ et sacros maniplos primi spicarum ferunt: quos ex dodone pelasgi longe aduectos ualde imprimis suscipiunt humi cubantes famuli non silentis lebetis. Interpretantur aliqui apud Callimachum ἀσιγήτοιο λέβητος dici a Callimacho quoniã subinde bullit et feruet: quæ quã puerilis et ludicra sit interpretatio quiuis uel mediocriter eruditus perspicere põt. Ego refero ad prouerbiũ græcũ/ quod his uerbis legitur apud parœmiarũ autorem. τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον. κεῖται παρὰ μενάνδρῳ ἐν τῷ ἀρρηφόρῳ· εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων καὶ μὴ διαλειπόντων. φασὶ γὰρ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον ἐπὶ κίονος ἑστάναι τὸν παῖδα ἐξηρτημένον μάστιγα χαλκῆν. πνεύματος δὲ κινηθέντος μεγάλου τὴν μάστιγα πολλάκις εἰς τὸν λέβητα ἐμπίπτειν καὶ ἠχεῖν οὕτω τὸν λέβητα ἐπὶ χρόνον πολύν. hoc est dodonæum ahenũ usurpatur a menandro in arepho. Dicitur autem in loquaces et a garrulitate non desistentes. Dicunt enim in dodone ahenum in columna in edito iacere. In altera uero columna prope stare puerum adpensum flagellum habentẽ æreum. Spiritu autẽ moto magno flagellum sæpe in lebetẽ incidere: unde strepitus nõ paruus resultat. de hoc ritu meminit Ausonius ita canens. nec dodonæi cesset tinitus aheni. Plinius noster consimilia prodit de quibusdam tintinabulis in ptero locatis: quæ uento collidebantur. hic ẽ uetus calimachi sensus.

An Ioannes prima longa proferatur.

Ncidi nuper in grãmaticulos quosdã altercatione etheoclea con fligẽtes: et lanã asini quærentes: quorum unus exerta et ꝓpe stẽtoria me uoce conterruit alterũ sabbatarium cõpellans q́ Ioãnẽ non Ianũ in uersu scripsisset: et errori errorẽ addidisset q́ trisyllabũ non quadrisyllabũ nomẽ hoc recognouisset. Cui ego subridẽs. Tu deterior in quã q iudæos sine põtificis priuilegio ciuitate Romana donas. Statimq́ subdo. Quid si nedum trisyllabum tibi nomẽ hoc adstituo ⁊quod Angelus Politianus: et pauloante tota consueuit italia. sed trisyllabum certe cũ producta prima obicio? Spumeus ille et effreni audacia promptior paratus sum inquit Pie piẽtissimẽ te: si hoc præstiteris: colere. Cõtinuo carmẽ ex epigrammate εἰς σωτήρια compositum sic attuli.

θέσκελον οἷον ἔτευξεν ἀγακλυτὸς ἰωάννης. Tunc ille ore distortissimo cõ
temnenti similis. Græca sunt hæc ait/ non intelliguntur. Sosia sum non
oedippus. Statimq; me barbare loq dicẽs auersatus euanuit. Quid putas?
risimus satis: nec quidem cachinũ citra. Dein ad Theseum meum Ludo/
uicum Gesilardum conuersus: ineptiunt aio/ qui tantũ hoc quadrisylla/
bum nomẽ autumãt prima breui syllaba/ et si apud Metrodorũ sic legat.
αὐτὸν ἰωάννην ὁρέων ὅτ' ἐδέξατο θεσμὸς. q̃uis et apud agathiam poe/
tam græcum de quadam Ioãna citharœdica mentio fiat: quam decimam
heliconida hoc est musam dictitat. Carmen illius hoc ẽ. καὶ τάχα θεσμὸν
εἶναι ἐπάξιον ἐννέα μούσαις σύμφρον ἰωάννας ἀπ' ἑλικῶνος ἔχειν. Ista
enim nomina aliquando trisyllaba per diuisionem fiũt ut ἰουλιος tribus
syllabis et ιουλιος quatuor. Sed quid ego hæc ad te: cui conspiranter græ/
cæ Romanæq; musæ lauream contexunt.

Disceptatum nunquid Balista Phocais uocetur a Silio propter po/
pulos massylienses/ simulq; carmẽ italici discussum cõtra omniũ
hactenus opinionem. Cap. clv.

ITalicum Silium maiore curaq; ingenio composuisse poe
mata/ testat Cecilius Plinius/ contrario uitio laborauit En
nius igenio maximus/ arte rudis/ si credimus Ouidio. Cæ/
terum magnorum uirorum censura ad maximos censores
referatur. Ego hoc unum sentio poema eruditissimum il/
lud et artificiosissimum eẽ: et in quo multi literarum palestritæ desudarũt
præcipueq; in explicatione illius carminis positi libri primo. Phocais ef/
fundit uastos balista molares/ autumat Italici alioqui doctus interpres/ Si
lium Balistam uocare phocaida/ a massiliensibus: qui ea plurimũ utebant
oriundis a phocensibus: qui sunt in græcia contermini beotis. Massylia
quippe urbs galliæ in petroso loco sita: phocensium ædificium fuit. Cæte
rum non facit ad eruditorum stomachum hæc intepretatio. Nam quod
massylienses ea plurimũ uterẽtur desideratur autor: quod et si compareat
nihilo magis balistã massylioticam inde denominare possumus/ perinde
ac hispanam seu græcam/ quod ea utantur et græci et hispani. Quod si
constaret massylienses siue phocenses eam repersse/ affirmarem posse il/
lã ab inuẽtoribus phocaida uocitari. Verumenimuero non massyliẽses aut
Phocẽses massyliẽsium progenitores balistam excogitarunt. sed Plinio au
tore phœnices. Est igitur quærenda melior et uerior interpretatio. Ego
publico auditorio Bononiæ Silium ãno p̃senti enodãs docui balistã pho
caida dici simpliciter pro sagunthina. quoniam sagunthini illã euibrabãt
et intorquebant in pœnos propugnantes uidelicet in oppugnatores. hoc
sensu scilicet qđ oppugnati ab Hãnibale sagunthini propugnabant Bali/

ſtis. Nec ſit mirum uti hoc epitheto Silium/cui longe repetita placent/ ut qui Romanos Sigæos/rhetæos/æneadas/dardanios/laurētes/Idæos/Hectoreos. Carthagineſes uero cadmæos. Scimus enim uel Silio docēte Sagūthum ab Herculis comite dictam/qui fuit thœbanus/ ut ipſe ait. Hic comes alcidæ properabat in agmine thœbas Gerione extincto. Phocēſes igitur ſaguntbini dici poſſunt quaſi thœbani. quoniam phocis ab his/ qui large metiuntur climata in boetia ponitur/et a thœbanis denominari poſſunt ſagunthini phocenſes/quippe cum phocidem thœbanus ager complectatur: qđ hinc apparet. Scimus enim parnaſum in phocide ſitum uel autore Ouidio libro primo metamorphoſeos/ et tamen parnaſus aonius dicitur: q aonii populi thœbani ſunt nullo reclamante. Et cum canit Ouidius. Separat aonios actæis phocis ab aruis/ anguſte loca et propemodū poetice metiebatur. Quēadmodum Plinius græciam: atticam/thœbas et phocida. quoniam conterminas eē nouerat: confudit. Sunt manubaliſtæ quoqꝫ et arcubaliſtæ. Baliſtam ἀπὸ τοῦ βάλλειν quidam nūcupatam aſſerunt qđ iaculatur et miſſilia uibrat.

Annotationes in hortulum Columellæ et in primis De artificibus his/Dædalo/pragmone/et Agelada. Cap. cvi.

qVæri ſolet a literarum literatarū indagatoribus quos artifices intelligat Iunius Moderatus/et cuiates in his uerſibus. Neu tibi dædaleæ quærantur munera dextræ/Nec polycletæa uel phragmonis aut ageladæ Arte laboretur. ſed truncum forte dolatū Arboris antiquæ numen uenerare ithyphalli. Senſus horum uerſuum ē talis. priapum cuſtodem hortēſem dolatum ex trunco quolibet para: nec multum ambige an Dædalus illum fabrefecerit aut polycletus optimꝰ ſtatuarii. Quidam hóc carmē ſuperioribus annectunt ad maceriam referentes. Hoc ſenſu. Sepē uel parietes uel hirtis ſpinis horto ſtrue etiam incompoſitam ne putes me architectum parieti hortorum cupere ꝓponi dædalum fabricæ celeberrimum. Per munera ītelligebant munia et mechanemata: quibus ille multa ſtruxit egregie/ inter quæ labyrinthum cretæ a poetis decantatum. poteſt tamē hic uerſus cum inferioribus iungi. quoniam Plinius inter fictores Dædalum numerat: cuius uerba ſunt hæc libro trigeſimo quarto. Dædalus et ipſe inter fictores laudatus pueros duos diſtringentes ſe fecit. Recenſetur tamē ab eodem Plinio dædalus alter inter pictores. ſed nihil ad rem. Polycletæa expone nō laboreſ arte polycleti. Polycletus ex ære ſigna fecit. floruit olympiade octogeſima ſeptima. nobilitatus ē q̄plurimis diſcipulis: quos Plinius enumerat libro trigeſimo quarto. Et phragmon fictor fuit/de quo ſic Pli

nius. Deide olympiade octogesima septima Agelades: Polycletus: Phrag mon. Quinta amazon ex probatissimis fuit huius phragmonis/cum pri ma polycleti fuerit: secunda phidiæ. Ageladis discipulus fuit polycletus si/ cyonius et myron ille nobilitatus buccula. Sed nunc de Ithyphallo dicen dum superest. Inter mimos numeratur a græcis ithyphallus ebriorum spe cie redimitus manicatusq;. Nam apud Strabonem multæ sunt mimorum spēs. Est hilarodos: qui ab autore Simo dictus est simodos. Deinde ma/ godos: a quo parum differt lysiodos. his iungitur Sotadicus: qui et Ioni/ cus cynedologus/a Plauto in sticho cynedicus. Item et dicelista/ qui et phallophorus et autocabdalos uocat: q̄q̄ et iambus et phyax et ethelon/ tes: qui et sophista dicitur. Φαλλὸν græci priapum dicunt. ἰθὺς dicitur erectus/unde nascitur ithyphallus erecti spē membri colūna. Est animad/ uertere in græcis epigrammatis priapo templa ī litoribus dicata: fortasse quod hominum genitura ē salsa ut mare.

Quid p Naxium ardorem intelligatur apud eundem/et discep tatum nunquid carmē id sit mendosum. Cap. clvii.

[S]Vbdit idem Iunius paulo infra sic. Expectetur hyems dū bacchi naxius ardor æquore cæruleo celeretur uertice mun di. per ardorem gnosium intelligit ardentem coronam: quam bachus ariadnæ cretensi dono dedit. Hoc ē expect tetur coronæ emersus/qui ē in octobri. Corona existima/ tur ariadnæ fuisse a libero patre inter sidera collocata. Dicitur enim in in sula dia cum ariadna libero nuberet /hanc primum coronam muneri ac cepisse a uenere cum omnes dī in eius nuptiis dona conferrent. Sed ut ait q cretica conscripsit. quo tempore liber ad minoa uenit cogitans ariadnā comprimere: hanc ei coronam muneri dedit: qua delectata non recusa/ uit conditionem stupri. Hæc hyginus. Naxium pro bacchico sumit. quo/ niam bacchus dono dedit illam ariadnæ: qui bacchus in insula naxo coli/ tur. Hinc Propertius. Atq; tuum potant naxia turba merum. Naxos a Strabone libro decimo una cycladum creditur. In codice prisco ac antiq/ tatis reuerendæ/legitur gnosius: quæ lectio egregie competit sensui. Gno sium enim ardorem uocabit hanc coronam puellæ gnosiæ hoc est creten/ sis. Gnosos est oppidum cretæ. Ouidius. Illam gnosiadesq; cydoniadesq; iuuencæ. Et hoc dicetur ex imitatione uirgiliana. Gnosiaq; ardentis de/ cedat stella coronæ. Manlius libro primo. Gnosia desertæ fulgent moni menta puellæ. Nec de tota corona intelligit. Sed de peculiari stella coro næ infixa fulgentiore: de qua multa Manlius. Scribit Plinius libro duo/

deuigesimo naturalis historiæ Octauo idus octobris cæsari refulgentem in corona stella exoriri.

Quod Nepa sit Scorpio: Et crotus sagittarius. emendatus et explicatus Idem. Caput. clviii.

Vi non subobscuri sunt hi uersus in recessu/licet blando lepore festiuiter arrideant in primori fronte.

c Atq; ubi iam tuto necdum confisus olympo.
Sed trepidus profugit chelas: et spicula phœbus
Dira negat: tergoq; eroti festinat equino

Nescia plebs generis matri ne parcite falsæ. Ordo. nescia plebs generis matri ne parcite falsæ ubi phœbus nondum confisus tuto olympo. Sed trepidus profugit chelas/et reliqua. Tuto olympo expone serenitati cæli: cui tunc sol non confidit. quoniam tempus autūnale semper est incertum. Iuxta illud uarronianum in menippeis. Nescis quid uesper uehat. Trepidus. celer phœbus propter breuitatem dierum iuxta illud Maronianū. Ne trepidate meas teucri defendere naues. Possemus poetice trepidum pro timentem interpretari quandoquidem sol radēs inter scorpium et sagittarium est anxius et sollicitus ne uergat in alterutram partē/hinc aculeum scorpionis/illinc sagittas chironis expauescēs. Viam mediam. igitur attente secat et prouide. Negat subintellige adire uel quid simile. Mallem tamē scriberes secat hoc sensu. Sol inter scorpium et sagittarium secat et radit iter medium/nec adhuc audet spicula sagittarii penetrare. sed eius insidet dorso. hoc ē sol uagatur inter decimum quartum kal. nouembres: et inter decimum tertium kalendas decembres. Quidam non negat nec secat scribunt. Sed nepæ. Quare necesse sic scribendo uidebitur per spicula dira intelligere caudam scorpionis/quæ semper ē in ictu. et erit τὸ αὐτό. Prisciano scorpius nepa est. Plauto cancer: qui cessim idest retrorsum graditur ut palam est. Marcellus. nepam quidam cancrum putant ob illud Plauti. Retrouersum cedam. imitabor nepā. At quid nepa etiam dubium in utroq;. Nam uere nepa scorpius dicitur. M. Tul. de finibus bonorum et malorum libro quinto. Serpe anguiculos: natare anaticulas: uolate merulas: cornibus uti uideamus boues: nepas aculeis: suam deniq; cuiq; naturam esse ad uiuendum ducem. Ita ferme Marcelli codicem emacula. Pompeius. Nepa afrorum lingua sidus: quod cancer dicitur/uel ut quidam uolunt scorpius. Plautus. dabo me ad parietem imitabor nepam. At qui potuit nepa dici quod impurum sit animal et tetrum. Nepus pro non purus latine dicitur. Prima correpta nepa pronunciatur a Marco Tullio sic. Atque oculos urget pedibus pectusq; nepai.

Manlius astronomicus libro secundo. Pietate ad sidera ductam Erigo/nen: ictuq; nepam: spolioq; leonem. Hac dictione utitur Columella libro duodecimo et Capella secundo de nuptiis. Natura scorpionum est ut in parietum latibulis delitescant: qui cum aliquid senserint retrocedūt quare apud Plautum non esset inferium cum Prisciano nepam exponere scorpionem: Seruus enim Chalinus insidiator cum percepit appropinquare senes retraxit se: intra parietem abdens ut assolet scorpio. Tergo. non enim ex aduerso se conspiciūt signa. sed unum sequitur aliud. Sol relinquēs scorpionem imminet sagittario habēti oppositum tergus scorpioni. dixit etiam tergo. quoniam sagittarius centaurus fingitur. Nec eroti scribendum. sed croti. Fuit enim sagittarius hic crotus: de quo Sidonius. Falciferi croton ire senis p summa polorum: q̄uis illic quidam chronon ꝑ saturno uelint intelligi.

De Marris et clatris unaq; carmē apud eundem explicatū et emaculatū. Cap. cliiii.

V penitus clatris eradere uiscera matris
Ne dubita: et summo frequēti cespite mixta
Ponere/quae canis iaceant urenda pruinis. Eiusdem moderati sunt hi uersus/ indigentq; pensitatione nonnulla. Si clatris recognoscimus ut habent promiscui codices pro tractitiis lignis expone. Sunt enim clatra cancellatim ligna compacta: quibus glebae contunduntur. Hirpicem Varro dicit/ et hodie placentinum municipium fidentiola: quam a diuo Florentio tutellari hodie florētiolam uocant. de clatris hoc est lignis quadratis transuersariis: quibus muniuntur fenestrae: quae fures tali arcent munimine alibi plura. Hae clatratae fenestrae dicebantur: nunc lingua uernacula ferratae. Caeterum cum in priore significatu: pro instrumento scilicet terrae: non uideam usurpari clatrum possumus sequi priscum codicem: in quo matris scriptum est cum annominatione. Sequitur enim matris. Sic scriptum deprehendi in peruetusto codice/ qui fuit uiri Spectati Andronici Bononiēsis. Sunt enim matrae instrumenta ad fodiendum terram idonea. Hoc Plinius asserere uidetur libro duodeuigesimo natural. historiae sic loquens. Verno seri debet | liberanq; caeteris herbis. ad trimatum marris a solo radi. Nuspiā clatrum pro instrumento ad terram colendam accommodo reperi. Sed pro cancellatis lignis. hoc comprobat idem Moderatus libro decimo sic loquens. Vbi uero neutrum patrisfamiliae conducit: ratio postulat uacerris includi. Sic enim appellatur genus clatrorum. idq; fabricatur ex robore querceo uel subereo. Apud eundem clatrare uerbum est/ quod

ſignificat in tranſuerſum contexere. Satis eſt autem uacetras inter pedes octonos defigere: ſerriſq; tranſuerſis ita clatrare: ne ſpatiorum laxitas: quæ foraminibus interuenit: pecudi præbeat fugam. Idem Columella libro nono. ſub porticibus deinde per ordinem fiunt arundineta ſepta in modum cauearum: qualia columbaria tectis ſuperponuntur. Ea ſepta diſtinguntur uelut clatris intercurrentibus calamis: ita ut ab utroque latere ſingulos aditus habeant. Hoc in re ruſtica Cato ſic docet. Bubilia bona præſepis faliſcas clatratas. Clatra inter ſe oportet pede diſtare. Nuſquam reperio: quod equidem meminerim: clatros pro utenſilibus telluris uſui congruentibus: quare fidem priſci codicis ſequere. Nec ſummo frequenti legatur. ſed ſummoq; frequenti. hoc ſenſu. Ne dubita uiſcera terræ miſta ſummo ideſt a ſuperficie ſua ponere reſupinare: ſternere cũ frequenti ceſpite: cum terra herboſa. Hoc ſenſu. ne dubites confodere terram: et miſcere ſummitatẽ ceſpititiam cum intimis terræ uiſceribus effoſis. hoc eſt ne dubita terram bipalio aperire. in codice priſco nihil additũ ẽ. ſed legitur. Et ſummo feruenti. hoc ordine. ne dubita uiſcera terræ miſta ĩ ſũmo hoc ẽ ĩ ſũmitate ſua ponere cũ feruẽti ceſpite hoc ẽ frigida uiſcera terræ miſcere cũ glebis feruẽtibus ideſt ſole incoctis. Sup̃ficies. n. terræ propter ſolis ardorem calet: interiora terræ frigeſcunt / per circuitũ igitur cum uellet ſignificare terram uertendam eſſe ait interiora ponẽda cum ſup̃ioribus: quod fit cũ terra reſupinatur. Quidã frequẽtia legunt.

De Cichorea Idem emendatus et enarratus. Cap. clx.

Ichorea iam tenebris frondens lactucula fibris. Scribendũ Intiba Iam teneris ita habẽt antiqui codices. quoniam ſecunda uocalis in dictione cichorium producitur. ſic enim græce ſcribitur. κιχώριον. nec intibum cum. y. ſcribitur ut indoctiores autumant. Nam uox non græca eſt. ſed romana. græce uocatur σέριος ἥμερος. aliqui πικρίδα. Romani intibum agreſtem. autor Dioſcorides libro ſecundo. hanc tamen duplicem tradit eſſe Pedacius: quarum una eſt agreſtis: amara: et cichorion appellata. Nec mirum ſi Columella tradit. Torpenti grata palato. Nam Dioſcorides tradit illam eſſe εὐστόμαχον. Eius uerba ſunt hæc. ἔστι ἡ μὲν ἀγρία, πικρὶς ἡ κιχώριον καλουμένη· ἡ δέ τις ἐστὶ καὶ πλατυφυλλοτέρα· καὶ εὐστομαχωτέρα. Ab eodem tamen in ſequenti capite mentio fit de condrille: quam prodit et cichorion appellari. Quidam hic cichora ſcribunt. ſed nugantur. Plinius intibum ægyptios cichorium appellare tradit: et refrigeratoriam uim habere / quod quidem propter ſingularem ſalubritatem quidam chreſton: quidam pancration appellant: de quo Virgilius. Et amaris intiba fibris.

Cur Gith ab eodem pelusiacum dicatur. Cap.clxi.

c Vm subditur. Et pelusiaci pronter pocula zythi. scito zythi pro zythii usurpari. est compositio facta ex git: de quo scribit Plinius aliquos id melanthion: alios melaspermon appellare: optimumq; excitatissimi odoris et q̄ nigerrimū. Colligitur succus eius ut hyosciami / similiterq; largius uenenum est quod miremur cum semen gratissime panes etiam condiat. Plautus. Gith excalfactas. Pelusium Gith uocatur quasi alexandrinum a pelusio uno ex niloticis hostiis. Quod Alexandrini utantur zutho docet Galenus in enarratione sententiarum Hippocratis libro secundo his uerbis. Nam si quis nouella ætate uictitet Alexandrinorum more salsamenta: porrumq; mandens: nec non adhibens zuthum: senex uero nihil eiusmodi sumens lentem esitet: austerū epotet: non male dixeris haud quaquam ætatis ratione cōmutari delectiones.

De lepidio herba ulcera acuta tollenre intellexisse Moderatum / paritercq; menda sublata in eodem. Cap.clxii.

p Onitur et lactis gustus quæ condiat herba Deiectura quidem fronti data signa fucatum / uimq; suam iccirco profitetur nomine graio. scribo. signa focorum nō fucatum. et lepras / mentagras / et id genus acuta ulcera intelligit. Non posses: quod tamen putant aliqui: ad ulcera facta ui fucorum et cerusarum cæterarumq; offuciarum uim smecticā idest emarginatiuam hoc referre syllaba repugnante. Sed cum proponat Columella dictionem lactis / libet referre ad oxygalam hoc est lac acetosum: quod fit ex lepidio: quo tolluntur cicatrices inustæ cauterio: et focorum referemus ad uim causticam per cauterium illatam: quod apparet ex his Columellæ uerbis libro decimo tertio. Sunt qui satiui uel etiam siluestris lepidii herbam cum collegerunt in umbra siccent: deinde folia eius abiecto caule die et nocte muria macerata expressaq; lacti misceant sine condimētis / et salis quantum arbitrantur adiciant. Nonnulli recentia folia lepidii cum dulci lacte in olla miscent et post diem tertium quemadmodum ꝑcepimus serum emittūt. Deinde compertum satureiam uindemitum etiā arida semina coriandri atq; aneti et thymi et apii in unum bene trita adiicere / salemq; bene coctum cribratum permiscere. Plinius libro uigesimo. Lepidium inter urentia intelligitur sic et in facie cutem emendat exulcerando ut tamen cera aut rosaceo facile sanetur. Sic lepras et psoras tollit semper facile / et cicatricum ulcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio qua doleat compescere dolorem. Memento tamen apud Dioscoridem libro secundo lepidium idem esse quod

gingidium. Possis per signa focorum cauteria / etiam lepras intel/ligere quæ ignis uim habent. Cum subdit. Vimq; suam iccirco. Sic expone. Herba cum exulceret et tollat acuta ulcera lepidium dicitur quod ab eo lacte acuto idest oxygala tollitur λεπὶς hoc est tunicula. uel lepidium dicitur a uerbo græco λεπίζω hoc est decortico. A nomine igitur graio hoc est uoce græca lepidium deriuatur.

Qui sit portitor: et quare phryxus nubigena dicatur.
Caput .c:lui.

m

Ox ubi nubigenæ phryxi / nec portitor helles. nubigenæ interpretare non geniti ex nube. sed ex nephele: quæ latine sonat nubem. Ex significatu dictionis græcæ uox latina cōposita. Hinc Ouidius helles nepheleidos dixit. Athamas filius æoli frater Crethei genuit phryxum et hellen ex nephele uxore. Siquis de hac re plura desiderat Pii annotamenta diligenter excutiat. Nec portitor helles. hoc est aries qui phryxum gestauit. sed hellen pauidulam in mare deiecit: quod a casu puellæ uocatur hellespontiacum. hinc nec portitor helles dicitur hic aries. quoniam hellen non transuexit. Ordo. mox ubi portitor phryxi nec idest nō autem helles. quia helle cecidit in mare. Portitor a portu deriuatur. tacite alludit historiæ. Ferūt enim ex hoc portu transfretatos fuisse hellen et phryxum naui picturam arietis habente. Solent enim poetæ ambiguo uerbo fabulæ alludere et historiæ / quemadmodum Virgilius Remigio allatum dixit. Quidam putant arietem hoc est κριὸν fuisse uectorem ex portu ad portū: et hoc mercede factitasse: hinc datam poetis ansam fabulandi: quod uectura qui p̄/est officio portitor appellatur. His concinit plautinum illud. Ego hunc portitorem priuabo portorio. Et maro. portitor ille charon: quod Marcellus docte in nostram sententiam trāsfert. Propertius de eodem charōte in hanc sententiam. Vota mouent superos. Vbi portitor æra recepit Obserat umbrosos lurida porta rogos. A portu igitur non a portando portitor appellatur. Et qui aliter sentiunt parum latine sentiunt. Nec Lucani carmen ingerant: a quo in eodem significatu capitur: a portu scilicet non a portando. Nam alludunt historiæ poetæ: nec usquam utunt̄ hac dictione nisi in hoc significatu: quæ si latina esset perinde iungeretur cū cæteris dictionibus q̄ cum helle: quod nusquam reperies. Adde uehere et transfretare non proprie dici portare. Carmina Apollonii libro primo argonauticon quādo inducit arietē similē loquēti uidet̄ tacite hāc historiā signare uidelicet qđ aries fuit πορθμεύς hoc est transfretator. Carmina Apollonii si quis scire desiderat annexui. ἐν καὶ φρίξος ἔην μινυήιος.

ὑσέα ἰτσόν πτερ ἱστιων κριου· ὁ λ' ἀρ ἐξωὶ ποντιομός. Nolim afferri mihi Hieronymum et Augustinum: quos religiōis hortodoxæ maximos antististes: non latinitatis semper autores: suspicio et ueneror. Illis enim maior aliquando cura fuit pinguiter loqui et religiose/q̄ nitide et irreligiose. Quin et Hieronymus nedum Augustinus idemtidem sciens prudensq; barbarissat. Possemus tamen apud hos portitorem literarum ꝑ uectore interpretari. quoniam illæ per mare naui mittebantur/ut ex eorumdem uerbis apparet: qui ritus literis nomen autore Ammonio dedit epistolarum/quoniam epistolæ naui missiculabantur: præsertim cum attici essent litorales populi.

Qui fœtus priuigni terræ dicantur. Cap.clxiiii.

s Olet ambigi quid in eo uersiculo/Priuignasq; rogat proles: significare uelit idem Iunius: quod ut intelligas scito priuignum eum uocari: qui filius est eiusdem matris. sed non patris. Victricus maritus meæ matris. sed non genitor meus. Sūt enim relatiua uictricus et priuignus. Ouidius. Victricus et gladiis: et acuta dimicet hasta. Herbæ quæ transferuntur in aliam terram dicuntur illius priuignæ. quoniam transferuntur ex sinu materno in terram nouercam. uel secundum æsopi sentētiam locutus ē: qui dixit terram esse matrem herbarum: quæ sponte nascerētur: nouercam uero earum: quæ seminarentur. cum igitur hæ serantur habēt hanc terram loco nouercæ.

De myrrha hortēsi Columella uindicatus a uitio. Cap.clxv.

u Biq; codicum: quos ego legerim sic infrascribitur. Et lachrymas imitata tuas cyrenia uirgo. Si sequimur codicē inuulgatum per cireniam uirginem silphium intelligemus quod delachrymat maguderi siue laser. Nam traditur cirenen filiam penei raptam ab apolline delatam in africam nomē dedisse cyrenaicæ regiōi ubi multum nascebatur silphium. Sed ne sic intelligamus duo obstant. quod silphium in italia minime nascitur: cui italiæ præcepta canit Columella. Adde q̄d cyrenia adiectiuum pro nomine proprio non poneretur. Cyrene namq; scribere debuisset. Hæc omnia me inuitant ut pro cyrenia uirgo cynareia uirgo scribam: ut itelligam de myrrha herba: quæ gustu imitatur succum myrrhæ arboris. Scimus enim cynaræ Regis filiam fuisse myrrham: cum patre concubuisse/ab eo profugientem conuersam fuisse in hanc arborem myrrham: de qua nos in commētariis plautinis multa. Fulgētius libro tertio mythologicon de myrrha sic. Myrrha genus ē arboris: de qua succus ipse exsudat.

Hæc patrem amasse dicitur. Istæ enim arbores in india sunt: quæ solis calotibus cremantur: et quia patrem omnium rerum solem esse dicebant: cuius opitulatu cũcta germinum adolescit natiuitas: ideo et patrem amasse dicitur: dumq; grãdioris fuerit roboris solis ardotibus crepãs rhagades efficit: per quas succum desudat: quod myrrha dicitur: et redolẽtibus lachrymosa guttulis fletus suauis scissuris hyantibus maculatur: unde adonẽ genuisse fertur. Adon græce suauitas dicitur. Sed ut diximus hic de herba myrrha non arbore intelligit: de qua: herba scilicet: Plinius hæc libro undeuigesimo. Panax piperis saporem reddit et magis etiam siliquastrũ ob id pipitidis nomine accepto. Libanotis odorem thuris/murrha myrrhæ. Si quis tamẽ pertinaciter de laserpicio uellet hic mẽtionem haberi legat. non cyrenia uirgo. sed cyrenia uirga. Laserpicium nãq; caule ferulaceo crescit. Nam tradit Plinius ĩ cyrenaica prouincia fuisse repertum silphium. Melius tamẽ de myrrha intelligitur: et carmẽ sequẽs: ut ad euidẽtiorem explicationem ĩsertum: ad rẽ eandẽ referetur.

Pensitatum diu carmẽ eiusdem. Cap. clxvi.

Vis non hesit illi scopulo quoq;: quem uellificantibus omnibus per moderati lacteam ubertatem affert hic uersus:

q Nunc ueniat quamuis oculis inimica coramble. De coramble nihil adhuc reperi / et mẽdosum codicem puto.

Quid si legis χαμαιδρύς hoc ẽ chamædrys: quæ et chamædrops et linodrys. Romanis tripsago minor dicit: nec obstãt hæc pedacii uerba Moderato ἄιρει δ᾽ ἀχλῦς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς σὺν ἐλαίῳ. Sola enim nocet. temperatur ab oleo unde tollit tenebras. Nocet sola quoniam est nimis θερμαντική. uel legendum erit in columella corymbis aut corymbe. hæc a græcis appellatur lychnis coronaria hoc est στεφανωματική. ab aliis athanatos. ab aliis acylonion. ab aliis ballarion. ab aliis gerãtopodion. ab aliis taurion. ab aliis scœptrũ. ægyptii semeon. Romani genicularẽ. Flos est similis leucoio coronis aptus. Semen cum uino percussis a scorpione prodest. Forte oculis inimica dicitur. quoniam igneo est aspectu autore Dioscoride/positaq; ĩ coronis oculos reuerberat: aspectum obtundit et hebetat. Quid si corymbe legas et intelligas de racemis ferulæ propter hæc pliniana uerba posita libro undeuigesimo. Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semen eius in italia cibus est. Conditur quippe duratq; in urceis uel anni spacio. duo eius genera caules et racemi/Corymbiam hanc uocãt/corymbosq; quos condiunt. Omnino hic corymbe uel corymbis legendum est: quippe cum repiam: quod maxime

Iunii sententiæ congruit: ferulæ grana et caules/quos tum corymbos tum corymbiam uocant: faciei nocere et esse uenenum. Hoc ut sentiam faciũt hæc pliniana uerba: quæ posita sunt libro decimo et tertio naturalis histo riæ. Semen ferulæ thapsiam quidam uocauere decepti eo. quoniam feru la sine dubio ẽ thapsia. sed sui generis: foliis phœniculi : inani caule: nec excedente baculi longitudinem. Semen quale ferulæ: radix candida: lactẽ manat: et contusa succo abdicat omnia uenenata. Quippe etiam fodien tibus nocet si minima aspiret aura: intumescunt corpora: facieq́ȝ inuadũt ignes sacri. hæc Secundus. Quod si faciem tam diro ueneno dehonestat et inuadit /quid illam oculo magis passibili facturam credemus? Nec ob stat qđ thapsia et ferula differũt aliquo modo. Nam paruum discrimen iter utrãq́ȝ ẽ/nec maius q̃ inter Socratem et Platonem: qui cum sint diuer si in numero tamẽ conueniunt in hoĩe hoc ẽ in spẽ. Distincta capita sũt apud Pedacium inter ferulam : quæ græce νάρθηξ dicitur: et thapsiã.

Quid significet Cinara in Columella enodatus nodus hactenus inextricabilis. et quid apud eundẽ significet myrtiolum siue murceolum et de murcea dea. Cap. clxvii.

a Ristarchi lucernam: typhis contum: et argi oculos efflagi tare uidentur carmina sequentia nemini satis: quod equi dem sciam: obuia.

Hispida: inquit iunius: ponatur cinara/quæ dulcis iaccho
Potanti ueniat/nec phœbo grata canenti.
Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo/
Myrtiolo modo crine uiret: deflexaq́ȝ collo/
Nunc adopta manet/nunc pinea uertice surgit:
Nunc similis calatho: spinisq́ȝ minantibus horret/
Pallida nõnunquam tortos imitatur achanthos.

Insulsissimus interp̃s pseudopomponius: non enim ausim credere talem mentem in hæc errata incidisse: cinaram uocari tradit qđ gaudet cineribus: cum: si inde etymon haberet: deberet cinera uocari non cinara. Sed hunc interpretem in erro rem traxerũt hæc uerba Columellæ libro duodecimo sic posita. Cinaræ: sic enim in Columella lege non cineræ: sobolem melius per autũni æqui noctium disponimus: semen commodius circa kalendas martii seremus: eiusq́ȝ plantam circa kal. nouẽbres reprimemus: et multo cinere stercora bimus. Id enim genus stercoris huic oleri uidetur aptissimũ. Nõ uidit hic ἄμουσος et ĩfestiuior libethriis ĩterp̃s cinarã dictionẽ græcam eẽ: noĩaq́ȝ e græcia detorta latinã etymologiã nõ admittere. hic legẽdũ cinare ut pe nelope. Sed de carduo fit nũc mẽtio a Iunio: ĩ quo mihi applaudere possũ

ex græca doctrina tanquam e pharo lucem literatis omnibus et cum luce portum ueritatis apuisse. Quod Cinara sit carduus docet Dioscorides libro tertio tradens achantaleucen. Romanos spinam albam / et carduum rhamptarium/quem græci uocant ἀγριοκινάρα. Vides me colligere carduum e uerbis Dioscoridis eē cinaram, hic carduus nō satis cognitus erat Pedacio mea quidē sentētia/nos altilem carduum uocamus. uulgo archicarduum gratissimum in secundæ mēsæ cibis. Non enim sapit naturā cardui agrestis: qui agriocinara dicitur. Sed inter illos principatu superbit. Ego peculiari epitheto altilē carduum uocitare soleo. Nam si Plinius altiles uocat asparagos cur nobis hunc altilē carduum uocare nō liceat? Verba Pliniana. Siluestres fecerat natura corrudas ut qsq; demeteret passim: ecce altiles spectant asparagi. Idem libro undeuigesimo de altili carduo intelligit sic prodens. Heu prodigia uentris. mirum esset non licere carduis pecori uesci non licet plebi. Non longe inferius Plinius quoq;. Poterant uideri dicta omnia/quæ i pretio sunt nisi restaret res maximi quæstus non sine pudore dicenda. Certum est qppe carduos apud carthaginem magnā cordubāq; præcipue sestertia sena milia e paruis his reddere quoniam portenta quoq; terrarum in ganeam uertimus etiam ea quæ refugiunt quadrupedes consciæ. Carduos ergo duobus modis serunt tautūno planta/et semine ante nonas martias. Plantæq; quæ ex eo disponūtur ante idus nouembris/aut in locis frigidis circa fauonium. Stercorantur etiam si placet lætiusq; proueniunt. Multa de carduis his Palladius libro quarto: inter quæ hoc notatu dignum duxi. Si cacumina seminum cardui confringas / spinis carebunt. Item si semina eorum madefeceris p triduū laurino oleo uel nardo uel opobalsamo / uel succo rosæ uel masticino / et postea siccata depferis: eiusdem saporis orient: cuius unguētum semina combiberunt. Contra talpas: subdit idem Palladius: prodest catos frequēter habere in mediis carduetis. ubi cardueta usurpant pro locis carduo cōsitis. Cum subditur dulcis iaccho expone: quam bacchus hoc ē comesator et nepos quisq;: temulentus et uinosus experietur dulcem/et saporē non illiberalē uino conciliare. Est. n. subamarusula hæc cinara uinū odore/ut myrrha/condiens. Nec grata. non utilis/non cōuemēs. Phœbo homini cantum solito frequētare: quod phœbi phibetur apud iouem munus. Tibullus. Qualem te memorant saturno rege fugato Victori laudes concinuisse ioui. Ingratus inutilisq; carduus ē phœbo et phonasco hoc ē magistro uocis. quoniam arterias offendit propter suam amaritiē / et consequenter uocem strangulat. Omnia amara lædunt arterias: dulcia leniunt et complanant. In amaris namq; partes extremæ idest superficies sunt asperæ: in dulcibus læues. Quidquid est asperum stringit arteriam.

Hæc modo purpureo. hæc cinera modo uerticem sine flore leuat/ modo flore coronatur. Plinius libro uigesimo primo. Mirum quod sine interual lo tota æstate aliud floret in eo genere: aliud concipit: aliud parturit. Glo merata. conglobata scapo pineato in similitudinem glomeris. Corymbo. scapo simili racemo hederaceo: qui peculiariter corymbus appellatur: un/ de bacchum corymbiferum dictitamus. Ouidius. Festa corymbiferi cele/ brabat græcia bacchi. Myrtiolo. Hermolai Barbari uiri ætate nostra doc/ tissimi uerba super hac re ponam. Murciolo uertice. i. simili muricis hoc ē ostreæ buccini. Plinius de carduo. folia habet muricatis cacuminibus: et murtiolum semen lentisci Columella ipse infra appellat ceu ab hac figu/ ra qua nascitur ipe folliculus. nisi quis murceolo legat pro languido quā/ do murceam socordiæ deam uocabant/ quæ faceret murcidos. Autor Au/ gustinus. Ego nihil immuto myrteolum crinē uerticē cardui uocans a co lore floris myrthi arbusculæ. Tales pene colores imo pene simillimos ad/ uerti myrtho floreti in cesenæ litore adstante elegantissimo hospite meo Camillo Apio uiro prorsus ornatissimo: q myrthi flosculus admodum si/ milis est floribus cardui: quos: ut certa fide locum hunc enuclearē: specta/ ui ī cardueto florētissimo: quod alit Hānibal Bētiuolus urbis et orbis del iciæ: amor meus et genius/ ī secessu diuersorioq genuali: cui nomē uiolæ: a formositate semper uernātis uiridarii: ē inditū: quo idētidē secedere con sueui ad releuandum tum æstus/ tum curas/ nec sine theseo meo Augusti/ no Tencharario eloquētissimo pragmaticorum. Erit igitur carduo nomē inditum myrteolo a colore myrti: quē in floribus dumtaxat referre solet. Nec displicet si murceolo p rolāguido scribas. quoniā sequitur. deflexaq collo/ hoc est habens collum inflexum. Ita sane uertice graui opprimitur et multis fœtibus subnascentibus et agnatis redimitur ut collum ponderi sarcinæq non sufficiat. Nūc. aliquādo. Adopra. tecta/ et stipata multis carduis. Pinea. neutrum plurale. hoc ē figuras pini/ metam uidelicet quā representat pinus. quare dictum ē a Calpurnio. Metas imitata cupssus. cu pssinæ figuræ similis ē pinea. Pingit. figurat formam metalē adeo lepide ut meta picta uideatur. Quid si legis fingit? Nunc similis calatho. aliquā do pineum uerticem et metam illam comæ (post florē hoc euenit) adeo spinis et uallo cingit ut calatho uideatur includi. Est enim calathus et per diminutionē calathiscus apud Catullum quasillum orificiarum sirpis. Ver gilius cum loqueretur de rosa. Nec mora ridentis calathi patefecit hono/ rem. Violis latioribus in modum calathi apud Plinium libro uigesimo primo nomē ē calathianis. Pallida. cum incipit arescere. Tortos achan/ tos. inflexos. et hoc accidit carduo cum folia implicantur sidētia appeten te maturitate. Plinius libro uigesimo secundo capite decimo nono.

Achātos ē topiaria et urbana herba e lato longoq; folio crepidines mar/ginum adsurgentiumq; puluinorum toros uestiēs. Duo eius genera sunt aculeatum et crispum quod breuius. Alterū lene: quod aliqui pederoton uocant: aliqui melamphyllum. Ab hac herba flexuosa uocamus achan/tum omnem flexuram. Hinc Propertius. Et myos exiguum flectit achā tus iter.

De malua: quæ malache: et quod usu compertum ē illam se ad solē circumuoluere. Cap. c lxvii.

q Vā me olim torserit hic uersus eiusdē. Et malache: prono sequitur quæ uertice solē: nouerunt seduli auditores mei: quibus nihil olim certum sciscitantibus affirmaui. Sed cū re congrediamur: rectus singularis ē malache ut penelo/pe. Fuit quando p malachen Helioscopium siue heliotropium intelligebam: cui malaches nomē ē inditum qđ habet folia mala/cha hoc ē mollia. Nam Dioscorides creber ē in hac figura loquēdi ut cū uelit folia mollia et resoluta herbæ cuiuspiam dicere appellet malacha. uel malache dicitur quoniā ē emollificatiua hoc ē ἐκ ... uocatur hel lioscopios autore Dioscoride in tertio quoniam συμπεριφέρεται τοῦ του ... κόμα τῷ τοῦ ἡλίου κλίσει. οὗτω καὶ ὀνόμασαι ἡλιοσκόπιος. q̄uis apud pedacium Helioscopium differat ab Heliotropio. Si uero hic intelligere mauis de heliotropio malacham appella. quoniam habet eundem effec/tum quod heliotropium. Nam autore Dioscoride τὰ πύλου φύλλα πο δάγραις καὶ σειριμᾶσι καὶ σιριῶσι παιδίοις καταπλάττεται ὠφελίως. hoc ē huius folium podagris: sideratiombus puerilibus superimponitur utiliter. Cæterum hæc omnia: quæ olim commentus fueram abrego: et quod usu reperi sequans uolo. μαλαχὴ græce malua dicitur quoniā mol lit. μάλαχον enim græci molle uocitant. hinc apud Plautum. malachum capiam pallium. Alibi in bacchidibus. malacissandus es pro molliendus. Prætereа autor ē Plinius maluæ speciem uocari malachen. Ne malachen olim pro malua interpretarer hoc in causa erat qđ apud neminem auto rem deprehenderam maluam ad solem uerti. Sed quod usu: optimo re/rum magistro: nup didicimus: id reprobari non posse censemus. Vidimus oculata fide maluam in solem sequi ut heliotropium: helioscopium: et inti/bum siue cichoreum: quod facere reor has herbas quoniam frigidissimæ sunt: solemq;: sine quo intermoriuntur: sectari solent. Sed quod pene p teriі scribit Proclus in libro de sacrificio et magia selinotropiam esse her/bam: quæ ad lunam uertatur: heliosel inūq; lapidem imitari congressum solis et lunæ. Sed carmina de hac maluæ cum sole uertigine a nobis sub fi de historica conscripta recitare collibuit: quæ ociabundus in agro uigo/rio lusi.

Malua salutiferas inter uenerabilis herbas
Quas alit irriguo terra benigna sinu.
Mira refert de te facundo Plinius ore:
Exerit et uires in decus omne suas.
Cum micat eoo radians pallantias ortu
Illico maluaceus imbuat ora liquor.
Omnibus hoc anno morbis: noxaq; carebis:
Contēnesq; piam sic themisonis opem.
Sideris afflatis succurris ab impete membris:
Accipit et per te dira podagra quiem.
Nec tantum ob uires proprias tu digna referri
Carmine: et aonia surgere in astra tuba:
Quantum decliui spectas quod uertice phœbum:
Solis et ad radios molle cacumen agis.
Salue igitur mihi digna coli: uenerāda poetis
Omnibus: ad phœbi quæ quatis ora comas.
Et mihi præcipue: retrahunt quem chloridos ora
Ora serenato fulgidiora die.

Differentiam extare inter ocymū et ozimū idē enarratus. C.lxix.

m Vlta ut usu cōperi sunt quæ passim proferunt et nō itelliguntur: multa itelligūt quæ nō ꝓferunt ut patebit i duabus his uocibus. Cū.n.dixit Columella. Ocyma cōprimite et grauibꝰ dēsate cylindris: nō ocyma legēdū ē sed ozima. ꝓ herba odorata cōdimētis idonea: quæ deriuat ab ὄζειν quod ē redolere. In hortis satorū celerrime nascit ozimū. nihil illo fœcūdius cū maledictis ac ꝓbris serēdū ꝑcipiūt: lætius ꝓueniet. hæc Plinius libro.xxi. Columella lib.xii. Circa idus maias ozima serūt quorū cū semē obrutū ē diligēter iculcat pauicula uel cylindro. Nā si terrā suspēsam reliquas plerūq; corrūpit. De hoc ozimo meminit sic Persius. Cū bene discicto cātauerit ozima uernæ. Nūc error publicus corrigēdus illorū: qui putāt ozimū idē esse quod ocymū: imo ita scriptum cum.c. scilicet in codicibus omnibus inueni/cum in hoc significatu per.z. scribi debeat. Nec refert si Plinius tradit ozimum celerrime prouenire. non enim omnia propere nascentia ocyma dici debēt. nos ozimum lingua uernacula basilicum uocamus. ocymum uero numeratū inter pabularia tantum distat ab ozimo quantum hypanis ueneto dissidet eridano. De ozymo Plinius meminit libro uigesimo primo inter hortēsia. De ocymo libro octauo sic. Apud antiquos erat papuli genus: quod Cato ocymum uocat/quo sistebant aluum bubus. Id erat e pabulis segete uiridi desecta antequam gelaret. Manulius tradit fabam/uiciam et eruiliā

autūno miscuisse priscos/admixtaq; græca auena: cui non cadit semē/hoc uocitasse ocymū/bouūq; causa seri solitū. Varro appellatū a celeritate ꝓ/uenīēdi a græco quod ocys oceos dicunt.

De uolucra et inuoluolo idem explicatus. Cap.clxx.

n Ascunt uolucres serpitq; eruca ꝑ hortos. Carmē hoc ē eiusdē Iunii: ubi possumus et uolucres et uolucræ legere ꝓ uermicu/lo uaginipēni sumēdo/qui teneros prerodit pāpinos: q: ut an notauimus supra: nō ē idē cū cōuoluolo seu inuoluolo. Volucra dicit̃ ꝙ uolaticus ē uaginipēnis et alliger: uiridi colore: rostro serrato. Inuoluolus alas nō habet/quare apteron hoc ē ipēnē uocitat Aristoteles: cū oculata fide uiderim ego thaleantiū hoc ē uolucrā eē uolaticū paruo scarabeo simile alis ut uagina iclusis. Apud eūdē Columellā dicit̃ hæc uolucra libro tertio sic. Genus ē aialis uolucra appellat̃. Id fere prodit tene/ros adhuc pāpinos. Q uidā apud Columellā i uerbis ꝑcedētibus nō uolucrā. sed uoluocē scribūt decepti a codice pliniano mēdoso ubi cū uolucrē scribi debuisset/uoluocē intruserūt. sed ne i re dubia apud me sit fides te/lego te ad codicē antiqssimū Plini: q Bononiæ i libraria minorū fratrum seruat̃ ubi adhuc apparet itemerata uera lectio. sed de hac re i supioribus affatim.

De Thāno et āmi Idē enarratus: Cap.clxxi.

u Ersus ē apud eūdē mēdosus meo qdē aio. Lubrica iā lapathos: iā thami spōte uirescūt. quid si legis thāni/quōiā arbustū utriq; foliatū ita uocat Homerus: sub quo delituit nudus Vlyxes reptus a nasicaa: unde puto sic legi posse i priapæis. Frondēti thāno uix potuisse tegi. Nā Suida autore θαμίνς πυκνοὶ καὶ θαμιναὶ καὶ θαμινός. uides ut dēsum appellat et obscurū thānū. Thamnos ꝓprie uir/gultum latine dicit̃. Sūt qui putāt itelligi de cappari: q ut uirgultū crescit ꝓsertim ita loquēte Pedacio. κάππαρις θάμνος ἐστὶν ἀκανθώδης. puto tamē apud Dioscoridē uocē generalē eē thamnos. Quid si legis. Iāq; āmi ex Dioscoride lib. tertio. Ammi iqt/romani āmiū alexādrinū: aliq ethio/picū: aliq regiū cuminū uocāt. Aliq alterius naturæ æthiopicū cuminū dicūt eē et alterius āmi. Vim habet istud feruētē/accēsam. bibit̃ ad tormina cū uino. Si legeres thāni pro uirgultis nō eēt icōgruū. quoniā iferius agit de oibus crescentibus i altitudinē uirgultorum: tāq̄ significare uellet. Egi/mus de herbis paruis: nūc agamus de altioribus.

De Ricino explicatus Columella. Cap.clxxii.

i Nterdifficillima carmina censui semper hæc ānumeranda. Tum modo depēdēs ricini/modo more cylindri. loquitur

de cucumere generatim tradẽs ex illis uideri nonnullos similitudine referentes ricinum. Dependens ait quoniam repunt brachia cucumerum in editiora uirgulta siue pergulas illincq; dependent. quare a poeta dictum est. Et pendet iunco cæruleus cucumis. Ricini. subintellige more et similitudine qd̃ Ricinum repræsentat. Scribit hæc Dioscorides libro quarto. Ciri uel croton. alii sesamon siluestre: alii seseli cyprium: alii crótona: ægyptii systamna: alii trixin: prophetæ sanguinem pyreti: Romani Ricinũ: alij lupa. folia habet similia platano. agit per uentrem phlegma bilem et aquam. Est et Ricinus diuerso ab hoc significatu nomine pari musca canina. Cur dixerit Columella more ricini et cylindri docebit Dioscorides crotona dictum testatus διὰ τὴν ὡς πρὸς τὸ ζῷον ἐμφερείαν τοῦ σπέρματος, δένδρον δ' ἐστὶ συκῆς μικρᾶς μέγεθος ἔχον. Aliqui prodiderunt Ricinum uirgultum appellari helioscopium. Certe mihi Ludouicus Gesilardus: in quo eruditio cum nobilitate certat: ex helioscopio semen attulit siue illud fuerit ex heliotropio: cylindraceum et oblongulum mirifice uerbis Moderati congruens sed quomodocunq; summatur teres aliquid intelligi debet in hoc loco. Potes hic Ricinum mora oblonga antequam maturescant intelligere uel certe iulos compactiles et teretes: cui interpretationi fidem faciunt hæc pliniana uerba libro uigesimo tertio. Mora germinatione priusquam in folia exeant sinistra decerpi iubentur futura poma. rhicinos græci uocant. Sed cum afflatu scribi debet in hoc significatu.

De Trichilis uasis idem enodatus / et Cæsaris in commentariis lectio prior restituta. Cap. clxxiii.

TS et hic uersus non omnibus obuius. At qui subtrichila manantem repit ad undam. seiunctim legendum sub trichila: ut dictio sub seiungatur a trichila. Et trichilas interpretare uasa habentia tria labra / ut nasorum quatuor uas apud satyrum. De trichilis meminit Cæsar in commentario tertii belli pompeiani / quamuis quidam referant ad thericlia falso: qui Columellam non aduertetunt: cui opinioni syllaba repugnaret si hic uersus in thericlam uertendus foret. Præterea repugnat sententiæ. Non enim monet Columella uasa ex terebintho / pretiosissima uidelicet qualia tornabat thericles supponẽda cucumeri. sed lata et capacia ut sunt figulina uel lignea artificii non sic exquisiti. Sub trichila manantem. Coniunge sub cum manantem / et expone ad undã: quæ sub trichila uase supposito cucumeri manat. Plinius. Oleum odere mire / nec minus aquas diligunt. Defecti quoq; ad eas modice distantes adrepunt.

Contra oleum refugiunt / aut si quid obstet uel si pẽdeant curuantur. Idq; uel una nocte deprehenditur. Si uas cum aqua subiciatur a quatuor digitorum interuallo descendẽtibus ante posterum diem.

Quod Congilis apud eundem sit Rapa. Cap. clxxviii.

Vbdit idem. Congylis illustri mittit quã nursia campo. Quæq; amiterninis defertur bunias aruis. per cõgylim rapã itelligit. Verba Dioscoridis lib. secũdo sunt hæc. γογγύλη μὲν ὀρὸς· οἱ δὲ γογγυλίδα· οἱ δὲ γόλογιον· ῥωμαῖοι ῥάπα. Nursia: nursinæ rapæ summopere laudabantur. Martialis Nursinas poteris parcius esse pilas. Bunias. non a bunio fonte ut inepte sentit interpres. sed per hanc uocem significatur napus: quod colligitur ex his Dioscoridis uerbis in secundo. βουνίας καὶ ταυτης ῥίζα ἑψεῖ. φυλαξις ἐστι. Plinius libro uigesimo. Naporum differẽtias et in medicina græci seruant angulosis foliorum caulibus florentes: quod bunion uocãt purgationibus fœminarum et uesicæ.

Noua de Satyris in mediũ prolata ex sentẽtia pausaniæ. Cap. clxxiiii.

Atyros petulantes esse: et in uenerem pronos: bacchi asseclas. quoniam ex uino petulantia nascatur: quis non nouit / ex hisq; seniores appellari silenos Pausania tradẽte: cuius sententiam subicere uisum operæpretium. Equidẽ de satyris cum aliquid amplius scire cuperem q̃ alii tradiderunt unius rei causam cum multis locutus sum. Euphemus tandẽ uir non ignobilis hæc mihi recensuit quod cum in italiam nauigaret uentorum impetu decursum: deiectum / et in exteriorẽ oceanum: quo nondum aliquis nauigauit: delatum. Ibi esse insulas multas desertas: quæ ab hominibus agrestibus incoluntur: aliis ut aiebat insulis nautæ appellere nolebãt. quoniã antea in eas appulsi incolas experti essent. Sed tunc etiam præter eorum uoluntatẽ uẽtis eo adacti sunt. Insulæ a nautis satyrorũ appellantur. Incolæ sunt corpore caudas in imo dorso habẽtes nõ multo eqdẽ minores. Hi cũ primũ eorũ aduẽtũ sensissẽt euestigio nulla edita uoce occurrerũt: ac mulieribus: quæ i naui erãt manus iniecere. Demũ nautæ trepidi mulierem barbarã in isula dimiserunt: in quã satyri nõ tãtũ qua mos ẽ. sed omni corporis parte libidinẽ exercuerũt. nec mirũ igit̃ si Ouidius ait. Panes et i uenerẽ satyrorũ prona iuuẽtus / et si ex amoribus et promiscuo coitu penelopes Duris autumat pana natũ eẽ cognomẽto τραγοσκέλην.

Inas eẽ neruos: quos amor afficit: explicatusq; Apollõius rhodius. Cap. clxxv.

Omniũ multis uidet̃ sentẽtia rhodii Apollonii libro tertio argonauticon / et nihil physicũ sentire. sed prorsus uerba sententiamq; esse poeticã i his uersibus. ἀμφὶ τ᾽ ἀραιὰς

ἶρας καὶ κεφαλῆς ὑπὸ νείατον ἰνίον ἄχεις.
ἔνθ' ἀλεγεινότατον δύνει ἄχος. ὁππότ' ἀνίας
ἀκάματοι πραπίδεσσιν ἐνισκίμψωσιν ἔρωτες. hoc est. Comburebat ra/ros Inas: nomē est nerui: et usq; ad infimum Inion hoc ē neruum capitis/ qua molestissimus ingreditur dolor/ ubi sollicitudines indeficientes mēti/bus implicuerunt amores. Subdit interpres. καθ' ὃν τόπον ἀλγιστόν ἐστι μέρος τῆς ψυχῆς ὅταν ἀδιαλείπτως τις τῷ ἔρωτι κατέχεται· ἐπιμένει δὲ πιθανῶς τοῦ χαρακτῆρι ἑλκομένης μὲν τῷ πάθει λογισμῷ δὲ κρατουμένην. hoc est circa hunc locum molesta est pars uitæ/ quando indesinēter ali quis amore confunditur. insistit enim frequenter ratione uicta et tracta a charactere. Qui cōminus et cū re ipsa cōgredietur sentiet Apolloniū phi losophice et κατὰ ἀκρίβειαν locutū esse. Nam cum fons et origo ner/uorum incipiat a corde et penetret partim in cerebrum: quid mirum ē si corde leso/ titubat mens ipsa consistens in cerebro destituto a lesione ner/ui? Nec obstat Auicēnā ꝓdere initiū neruorū eē in cerebro: cui reluctatur Aristoteles libro tertio de animalibus. Non tamē recte dices a corde oriri neruos. sed a quadam substantia dura occulta in substantia cordis: et ner uus fuit creatus in corde et non assimilatur illi. sicut ueruca et glādulæ na scuntur in carne/ et non assimilantur carni. Galenus fallitur et ipse pu/tans neruos oriri a cerebro: qui posuit pignus contra custodem altaris affirmans se daturum multum aurum ei: qui ostēderet qđ nerui nascerē/tur a corde. Proculdubio nerui a corde perueniunt ad pelliculā quæ cere/brum circundat/ unde leso corde leditur quidam neruus/ cui Apolloni/us nomē facit Inio/ et quasi ꝑ traducem traducitur dolor cordis i cerebrū et uicissim in mētem. Docet Albertus magnus hac ratione non dubitan/dum neruos oriri a cerebro. sed a corde/ eo qđ neruus est factus durus ex parte cordis et mollis ex parte cerebri: ideo oritur a corde. Dicebat Con/ciliator cor esse ueluti pelagus uentis agitatum a quo fluuii deriuant tres magni: inter quos ultra fluuium demandantē spiritum uitalem per omne corpus/ et ē arteria aborti/ et ultra alium fluuiū magnum scilicet uenam concauam dantem toti sanguinem. Est alius fluuius ab ipso corde deman datus sursum tendens in cerebrum scilicet neruus qui generatur ab eo ex materia continuata iter cordis et cerebri materiā cum impellitur sursum. Ipse autem fluuius talis superfluus in eius expāsione inueniens superius obstaculum/ quendam generat lacum/ puta cerebrum: a quo lateraliter originant riuuli multi/ quorum unus extat maior: septem autem mino/res: sicut septem paria neruorum. Nucha namq; ceu uicarius et nuncius cerebri per totū dirigitur dorsum: ex qua utriusq; lateraliter plures emer/gunt nerui de sphondylum foraminibus egredientes.

Quid sit Xerolophon apud Priscianum. Cap.clxxvi.

P Riscianum undecūq; doctissimum semper existimaui / et fortasse cui nulli uel pauci sint in eruditione conferendi: is grāmaticalium institutionum libro primo sic scriptum reliquit. Et epigrammata quæ egomet legi in tripode uetustissimo Apollinis / quæ stant in xetolopho bizantii sic scripta. Ego non xetolopho quæ uox ē nihili. sed xerolopho scribo. quid uero sit xerolophon his uerbis tibi Suidas planum faciet. ξηρόλοφος· ὅτι τὸν ξηρόλοφον· πρῶτον μὲν θέμα τινὲς ἐκάλουν· ἐν αὐτῷ γὰρ κοχλίαι εἰσ· καὶ ἀρτέμιδος σύνθετος στήλη· καὶ σιδήρου τοῦ κωνσταντίνου· καὶ θυμάτιον τρίπουν· ἔνθα ἐθυσίασε πολλὰς θυσίας σεβῆρος· ἔνθα καὶ χρησμοὶ πολλοὶ τῶν πάντων γεγόνασι· καὶ ὃν καιρὸν καὶ κόρη παρθένος ἐτύθη· καὶ θέσις ἦν ἀστρονομικῶν ἀστερισμῶν χρόνους διαρκέσαντα. Est igitur xerolophon colūna recta in quo ānulares sunt scalæ: dicata mineruæ: in qua incidebantur epigrammata et aliquando oracula: sacrificiaq; non paucies fieri solita / xeros lapis est sine ceno fabricatus. λόφοι summitas. λόφος locus erectus hoc ē tumulus. Christodorus poeta thœbanus reliquit nobis omnia carmina quæ in constantinopolitana urbe impressa xerolophis uiderat digna cura et memoria posteritatis.

Carmen Antipatri græci scriptoris explicatum: ibidemq; de hortis pensilibus agitatum / et de hortis nonnulla. Cap.clxxvii

n On ingratum diuerticulū facturus utiq; uideor si ad Antipatri poetæ carmina me conferā et emēdē: cuius hæc uerba sunt ἐις ναοὺς hoc ē in templa. κάπων τ' ἀιώρημα· καὶ ἠελίοιο κολοσσόν.

καὶ μέγαν ἀιπεινᾶν πυραμίδων κάματον. hoc est hortorum elleuationem et colossum / et magnum pyramidum laborem. Sed legendum est κήπων. κῆπος nāq; dicitur hortus. Nam pēsiles horti: quos semiramis siue rex cyrus posuit: inter miranda censebantur opera. Quidā tamen κάρων legere mallunt pro capitibus hoc ē statuis: quæ in templis dicabantur. De pensilibus hortis Plinius hæc libro undeuigesimo naturalis historiæ. Antiquitas nihil prius mirata est q̄ et hesperidum hortos ac regum adonis et alcinoi itēq; pēsiles siue illos semiramis / siue assyriæ rex Cyrus fecerit. Sed quoniam obiter incidit mentio super hortis uindicemus illos ab iniuria poetica. sunt enim quidam / qui contendunt hortorum curam esse negligendam: quippe Homero id incessente: qui tamen poeta si perinde pensitatur ac legitur non uitio dat curam terræ. sed postponit regio fastigio / sicuti Diogenes magnus erat: Alexander magnus: dixit tamen macedo. Si non essem Alexander uellē esse Diogenes. Sed cæ

mina Homeri si lecturires apposui.

ὦ γέρον, οὐκ ἀδαμονίης ἔχει ἀμφιπολεύειν
ὄρχατον, ἀλλ' εὖ τοι κομιδὴ ἔχει οὐδέ τι πάμπαν
οὐ φυτὸν, οὐ συκῆ οὐκ ἄμπελος οὐ μὲν ἐλαίη
οὐκ ὄγχνη, οὐ πρασιή τοι ἄνευ κομιδῆς κατὰ κῆπον
ἄλλο δέ τοι ἐρέω σὺ δὲ μὴ χόλον ἔνθεο θυμῷ·
αὐτόν σ' οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει ἀλλ' ἅμα γῆρας
λυγρὸν ἔχεις αὐχμεῖς τε κακῶς καὶ ἀεικέα ἕσσαι.
οὐ μὲν ἀεργίης γε ἄναξ ἕνεκ' οὔ σε κομίζει,
οὐδέ τι τοι δούλειον ἐπιπρέπει εἰσοράασθαι
εἶδος καὶ μέγεθος· βασιλῆι γὰρ ἀνδρὶ ἔοικας.
τοιούτῳ δὲ ἔοικας ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε,
εὑδέμεναι μαλακῶς· ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.

Latina pro tpe sic fecimus. O uenerande senex tibi non uiridaria circum segnis cura manet. nulla arbor omissa colēdo. Nō uitis: mollis ficus: siluestris oliua. Non neglecta pyrus sulco male frondet inerti. Pauca tamē. sed nulla uelim te exulceret ira: Fas mihi sit dixisse senex. non consulis apte Nunc tibi. Tu in seniū tremulis decliuior ānis nesre tegis uili tenuatū frigore corpus: Regalem sola non sorde merebere laudem Nec rex seruitio tantum te nutrit ut æquū ē lautus eris mage cui similis/ si molliter eē sentiet. in tenero si sternere mēbra cubilli. Sic dulces sueuere senes. sic senior ætas. Nonne et Apollonius rhodius dignatus est olitorē phytoscaphon appellatū: quē comparatione Heroum laboriosorū facit detestari uetrem dum aspicit manus sibi callosas. Laudes hortorum uirgilianis laudibus cludere melius erit. Inquit enim ille in quodam epigrammate. Hortus salubres præbet corpori cibos Variosq; cultus sæpe cultori refert: Holus suaue multiplex herbæ genus/ Vuas nitētes atq; fœtus arborum. Non desit hortis et uoluptas maxuma/ multisq; cōmixta modis iucunditas: et id genus reliqua quæ secūtur. Nūc ad institutum nostrum concedamus.

Quatenus hallucinentur multi: et qua fini dicatur illotis pedibus et illotis manibus. Cap. clxxviii.

N quāplurimis uitium non puræ nec romanæ linguæ castioris inesse comparet obseruata tamē grammaticæ norma. Quod ut clareat altius quædam repetēda sunt. Duo uerba hoc ē sententiæ prouerbiales sunt in assiduo usu dissertorum. Ne illotis id manibus attingam/ ne illotis pedibus ingrediar/ aut accedam/ et cum id frequentius fit et usitatius uidelicet illotis pedibus ingredi primum aūt hoc est illotis manibus attingere rarius compenatur: solis ta. nē uerbis: non significatu distingunt. Cum dicis

illotis manibus uerbū ad manus ptinēs ē addēdum/ut uerborū significatio cū re cōueniat. Cū aūt illotis pedibus dicis/uerbum pedibus cōueniēs apponēdū. Cū addit ingredior illotis pedibus dicendū: cū attingo: illotis manibus pronūciādū adagiū. Est.n. uerbū: ut ita loquar: pedestre pedibus non manibus attribuendum. Sed quod mirius sit nō tā graphice et eleganter manibus illotis dicitur sicuti pedibus illotis: propterea inuenies illud rarius: hoc crebrius et uulgarius. Causam nō aliā subesse puto q̄ Romanis græcos imitantibus: qui in eū q opa et actiones īmeditate ingrediūtur dicūt. ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ ἔργον. Significātissime et apposite loquēs iureconsultus cum mutet adagiū græcū uerbum conueniēs manibus addidit. Eius uerba sunt hæc digestis de origine iuris. Incōueniens erit omissis initiis atq; origine non repetita/atq; illotis: ut ita dixerim: manibus protinus materiam interpretationis tractare. Vides ut uerbo manibus accōmodo iurisperitus usus sit. In hæc libentissime diuerti quippe cum aduertam ad hunc scopulum uiros magnos illisisse.

De Laberio et publio mimographis nonnulla allata cum codice Tranquilli emaculato. Cap. clxxix.

Tranquilli Suetonii uerba sunt hæc in cæsare dictatore. Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum suū egit: donatusq; est quingentis sextertiis. annulo aureo sessum in quatuordecim scena per orchestrā trāsiit. In codice prisco qui in opulentissima diui Dominici bibliotheca bononiæ seruatur scāna scriptum esse deprehēdi: quam lectionem summopere laudo: ubi p scāna sedilia et ordines accipiunt: ī quibus ius erat sedere equitibus uel autore Plinio: tunc cum quatuordecim gradus Laberius ingressus: omnes sese prænumero coartauerunt. Hic Marcus Tullius Cæsarem dicacitet incessens: qui turba et utilitate hominū repleuit ordinē equestrē Laberium sic appellat. Laberi te acciperē nisi anguste sederē: cui Laberius nō infestiuius respōdit/miror te anguste sedere cū duabus sellis sedere cōsueueris/taxans in Marco Tullio neutrarum partium obseruantiā: quāobrē et Salustius illum transfugam et leuem dictitauit. Quidam post quatuordecim subintelligūt ordines quod nō placet. Adde et hoc nō Decimum Laberium sed Publium mimographū ex hoc ludo cæsaris palmam reportasse: uictūq; ab hoc Publio Laberiū: quod ut planius intelligas Aureli Macrobi uerba subieci. Is Publius natiōe syrus cum puer ad patroni domū esset adductus promeruit eum non minus salibus et ingenio q̄ forma. Nam forte cum ille seruum suum Hydropicū iacentem in area uidisset quesissetq; increpuissetq; quid in sole faceret/respōdit/aquā calefacit. Iocularī deinde super cenam exorta questione quod nā eēt molestū ociū

aliud alio opinante ille podagrici pedes dixit. Ob hæc et alia manumissus. et maiore cura eruditus cũ mimos cõponeret/ingẽtiq; assensu in italiæ opidis agere cepisset, pductus romã p Cæsaris ludos: oẽs: q tũc scripta et opas suas i scenã locauerat/ puocauit ut singuli secũ posita iuicẽ materia p tpe cõtẽderẽt: nec ullo recusante supauit oẽs: i qs et laberiũ/ unde Cæsar arrides hoc mõ pnũciauit. Fauẽte tibi me uictus es O laberi a Syro. statimq; Publio palmã et Laberio ãnulũ aureũ cũ qngẽtis sestertiis dedit. Tũc publius ad Laberiũ recedẽtem ait/ Q uicũ cõtendisti scriptor / hũc spectator subleua. Sed et Laberius sequenti statim cõmissione mimo nouo iteriecit hos uersus.

Non possunt primi esse omnes omni in tpe.
Summum ad gradum cum claritatis ueneris/cõsistes
Aegrẽ/ne citius q̃ descẽdas decidas.
Cecidi ego. cadet qui sequitur. Laus est publica.

Explicatũ cur Cæsar diceret a Põpeianis ægystus et annotatũ ægyptum non ægystũ esse pronunciãdum. Cap. clxxx.

t Ranqllus quoq; in eodẽ dictatore sic infit. Et quẽ gemens ægistũ appellare cõsuesset. legẽdũ ẽ. ægyptũ. Sic. n. uocat is adulter clytennestræ/quem uulgus semidoctũ et cæci doctores hoc est grãmatistæ dicunt opidoq̃ iscienter ægistum. Sũt q ab hoc regionẽ uocatã cõtendũt. sic græce scribit. ἄιγυπτος. Nec mirũ sit Cæsarẽ tãq̃ adulterũ Põpei uocari ægyptũ. quoniã Põpeius ipse scomate/et uituponũ mordacitate uocabat agamẽnon tanq̃ ductor et ipator populi Romani ut ille græci. Res notior q̃ teste egeat. Quod si Cæsar Põpei agamẽnonis appellati subigit uxorẽ/recte ex historia ægypti/qui ueri agamẽnonis subigebat uxorem/et iste nũcupatitii agamẽnonis põpei uocabit ægyptus ab adulterio in agamẽnoniã uxorẽ hoc ẽ põpeianã nomẽ adeptus.

Scribere idẽ eẽ qđ nũerare obiterq; trãqlli codex emẽdatus. Ca. clxxxi.

f Vbdit quoq; Trãquillus. Dilexit et reginas: inter quas Eunoen mauram bogodis uxorẽ: cui maritoq; eius plurima et imẽsa tribuit ut naso scripsit. In codice Trãqlli romanæ editiõis et sincerissimæ ita scriptũ habet. Immẽsa tribuit et uasa scripsit: quã lectionẽ summopere probare cõsueui ut porte quæ maxime romanã antiquitatẽ et editionem redoleat. Scribere nãq; significat tradere / et transferre. Sensus ẽ Cæsarẽ eunoes amore sumptum multa et imẽsa præbuisse/inter quæ maxima dona: uasa itidẽ sua tradidit et cõdonauit. siue numerauit ꝑtiũ uasorũ. Nã hoc uerbo pprie solemus uti i pecunia numerãda. Vel utit ipropie Suetõius/hac uoce/queadmo/

dũ mutuũ dicimus etiã id quod nõ numeratᷣ et tamen ĩ eodem repitᷣ mu tuũ ſtuprũ. Seruius libro æneidos ſeptimo. Trãſcribi tradi. Sermo aũt hic tractus eſt de pecunia. Nã ſcribi eſt dari. Oratius. Scribe decem nerio. Nõ eſt ſatis adde cicutæ. Reſcribi uero reddi. Oratius. Dictantis quod tu nũq̃ reſcribere poſſis. Tetẽtius. Argẽtum illud denuo reſcribi iube phormio. Plautus ĩ aulularia. Nũc ſatagit adducit domũ ẽt ultro et ſcribit nũmos.

Eiuſdem codex emendatus de thalamegis ſeu nauithalamis nauibus/ et quare bucentauri. Cap. clxxxii.

N nauis cubiculatæ Suetoni aptã cognitionem mihi nihilo ſecius exultare libet / ac nautæ ſolent cũ ꝓceloſo mari circũ/ latrati/fluctibuſq̨ decumanis ſemiobruti pharon affulgere uident/aut portum ſe obicere. Sed Tranq̃lli uerba q̃d ad/ dere moror? Et eadẽ naue thalamoq̨ pene æthiopia tenus ægyptũ pene/ trauit niſi exercitus ſeq̃ recuſaſſet. Adeo conuulſa: mutila: male diſpoſi/ ta ſunt hæc uerba ut ſenſus eruditus elici non poſſit. Mulieroſitatem hoc eſt amorem nimiũ et conſequenter rep̃henſibilem cæſaris carpens Sueto nius refert illũ naue ab ægyto ĩ ethiopiam cũ Cleopatra ꝓficiſci deſtinaſ/ ſe niſi ſeq̃ ꝓrſus recuſaſſet exercitus. Sed quo bono inſerta ſit illa dictio thalamo nõ datur cõiecturæ locus niſi legamus iunctim nauithalamo / ut Suetonius romana dictiõe ſit uſus ex græco uocabulo detorta. Dicuntur enĩ tales a græcia naues thalamiphoræ. hic nõ eadẽ uoce. ſed eodẽ ſignifi/ catu nauithalamũ latine dicere malluit. Eſt enĩ nauithalamus nauis põpa tica/et apta genio oblectãdo: quæ ſecũ ĩſtrumẽta deliciarũ affert thalamũ ſcilicet/cubiculũ: mẽſam: qua geniales ægyptii peculiariter utebanᷣ ut na uigãtes nauigãdi moleſtiã nõ ſentirẽt. ſed ĩ nauĩ hac geniali ueluti ĩ ꝓprio thalamo cõq̃eſcerẽt. Hanc uulgus bucẽtaurũ uocat a ꝑticula auctiua. bu. ut patet ĩ uerbo bupædes quo adultiores pueri ſignificãt / bulimos magna fames. bupina magna ſitis. buſycos mariſca ficus a magnitudine nũcupa/ ta. Hãc genialẽ nauẽ decoratã ꝑtoriis tabulamẽtis et cenatiõibus deſcri/ bit in hæc uerba Plautus in rudente. Poſt animi cã mihi nauẽ faciã atq̨ imitabor Stratonicũ/opida circũuectabor. Et apud Trãq̃llũ: eadẽ: cũ eadẽ Cleopatra expone cum qua nauithalamo circũuectus ẽ p ethiopicã orã. Apianus in libyco eaſdẽ naues uocat thalamegas eodẽ ſignificatu etymo diuerſo παρὰ τοῦ ἄγειν τὸν θάλαμον. nec obſtat in q̃buſdã ãnotatiũculis me olim admonuiſſe thalamiphoras ĩ Apiano ſcribendũ cõducere. Tunc enim σκόπον nõ attigi. Nũc in Apiano nihil mutãdũ cẽſeo. Dũ hæc ãno/ tarem ſupuenit mihi Ianus gallicanus auditor meus homo literatus: q̃ me nõ mediocriter ambiguũ docuit in libraria bononiẽſi diui Dominici co/ dicẽ ſeruari uetuſtatis multũ reuerẽdæ/quẽ cũ iuulgato cõponẽs deprehẽ/

di illic nō nauem thalamoq; neq; nauithalamo. sd thalamego fidelissime scriptū seruari: quæ lectio uera ē et germana/ doctrināq; penitus trāqlli sa/ piens. expone tamen similiter thalamego ut nauithalamo. Dictio diuer/ sa ē. sensus unus. Thalamiphoras et thalamegos hoc ē θαλαμίσκυς easdē esse docuimus. Quas pōpaticas naues Apianus θαλαμηγὰς appellat has Seneca libro septimo de beneficiis latine cubiculatas uocat.

De Cōdito et quatenus errauit Plutarchi interpres. Cap. clxxxiii.

t

Ranqlli i subsequēti capite uerba sunt hæc. C. oppius adeo indifferentem docet nit quodā ab hospite cōditū oleū ꝓ ui ridi appositū aspnātib9 cæteris: solus etiā largius dicat appe tiisse. Nascit̄ qbusdam hesitatio quod in eodē exēplo Plu/ tarchus unguētū scripsit/ Trāqllus uero oleū cōditū. Immo si cū ueritate ipsa cōgredi uolumus nunquā Plutarchus ungentū scripsit/ nec græca uox est ista ut palā est. sed Romana. Plutarchus μύρον scripsit/ ἀντὶ τοῦ ἐλαίου hoc est uetus oleū et cōditū ꝓ oleo nō recenti/ i patria lin/ gua disertissimus. Nouerat. n. μύρον nō tā ungentū / cū et illud significet quoq;/ sed oleū cōditū et antiquū recte nūcupari. Plutarchi interps myr/ ron nō ungentū. sed cōditū oleū secūda correpta: hoc est recōditū et uete ratū interptari debuisset: quod scitamentis/ geneatisq; cibariis idoneū nō esset. Alioqui nō rusticitatis Leo. sed ineptiæ reus fieret: q ungentū appo/ neret rem minime cōuiuiis idoneā. uel saltem cibo nō quadrātem. quoni/ am repi apud Lucianum i dialogo cōtra Romanos iualescente luxuria il/ los solitos ungentum bibere/ quod et affert epigrāmatista. Si foliata sitis. Qd aūt ueteratū oleū p dictionem græcā significet docet his græcus iter/ pres Suidas. μύρον ἐπὶ κεφαλῆς· τὸ ἀρχ κραῖιμὸν ἔλαιον, ἐξ ἀρωμάτων συνέκειτο, ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐκεῖνο αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ τοσαύτην εὐοσμίαν ὠφίει· ὁδὲ πάντων μῖξις καὶ κρᾶσις, πλεῖστον ὅσον τὴν εὐωδίαν ἐιργάζετο· τούτω τὴν ἀδελφικὴν εἰκότως συμφωνίαν ἀπείκασεν· ἡ γὰρ τῶν πλείστων κατορθωμάτων συνειςφορὰ, τῆς τελείας ἀρετῆς τὴν εὐοσμίαν ἐργάζεται. Adde quod nullatenus cōditum media ꝓducta legi pōt. quoniam sensui Tran qlli repugnaret. Cōditū namq; significat scitū: gratum: et cōdimento suo palatū irritans a uerbo condire significante cōditura ganeata et electih ci barium opiparū cōcinare: proinde frequenter i Apitio leges piscē hoc uel illo modo cōdiēdū eē. Amorē oīum rerū cōdimētū eē leges i plauto ꝓ re cibo gratū saporē et callū afferēte: i quā significātiā sic cecinit satyrus. Cō dire gulosum fictile. Trāqllus aūt oleū illud appositū Cæsari a Valerio ili liberale: inscitū et aspnabile uult itelligi unde magis parsimoniam cæsaris admiremur et abstinētiā. Cōdimētū fabulæ Marcus Plautus decus et gra tiā nūcupauit i penulo. Cōditū elegantia et suauitate mirifica cibariū ex/

coctū dicit̄. hic epigrāma palladæ festiuissimū exit: quod nos ꝑ tempore sic latinum fecimus.

Condito mihi opus. Conditi nominis unde
Propositum? græcis uox aliena sonis.
Si bene Romana cōditum uoce loquuntur
Ipse scies: linguæ qui decus es latiæ.
Id quodcūq; para. stomachi penetralia morbus
Occupat. hoc potu tinguier illa iuuat.

Qđ ī eodē Trāqllo Pōpeius Macer nō Marcus scribi debet. Ca. clxxxiiii.

i Dem Suetonius inferius. Quos oēs libellos uetuit Augustus publicari ī epistola: quā breuē admodū ac simplicē ad Pōpeium Marcū scripsit. Dicere uix possum: sentio tantū: quatenus barbariē sapit hæc series: et huius sententiæ male cōpactæ textus. Quis adeo infestiuus ē q ita loquat? Ad Pōpeium Marcū scribo: cū potius dicēdū eēt ad Marcū Pōp. scribo: quāobrem Romanæ editionis codicē ꝓbo et priscū illū diui Dominici: ī quo ad Pōpeium Macrū scriptū ē uera et sensui germana lectione: itelligitq; Trāqllus illum Pōpeium Macrū: q floruit sub Augusto: literarū columen et eruditiōis quēdā ueluti thesaurū: ad quem amoris apologetica ad huc extat Nasonis elegia: in qua cupidinē: et se ipsum ociosum cupidini stipendia facientem excusat: cū macer ipse negociosus bella troiana ꝑscriberet. eius hoc initium est elegiæ.

Carmē ad iratum dum tu producis Achillem:
Primaq; iuratis induis arma uiris
Nos macer ignauæ ueneris cessamus in umbra:
Et tener ausuros grādia frangit amor.

Nescio an idē sit hic macer ad quē hæc libro secūdo tristiū scribit. Ecqd ab impssæ cognoscis imagine ceræ Hæc tibi Nasonē scribere uerba macer? Tu canis æthereo qdqd restabat Homero Ne careāt summa troica bella manu.

De Salutione Scipione et unde nomē adeptus. Cap. clxxxv.

a Deludēdas: inqt Trāqllus: uaticinationes: qbus felix et inuictū in ea ꝓuincia fataliter Scipionū nomē ferebat̄: despectissimū quēdā ex corneliorū genere: cui ad opprobriū uitæ salutioni cognomē erat: secum in castris habuit. Solent ferme oēs exponere κατ' ἀντιφρασιν salutionē dictum qđ nulli saluti foret. Sed oībus despicatui. Sed doceri cupio quatenus salus et ignominia siue despicatus opponunt̄. Nonne quis pōt eē non saluti: q nec tamē despicatui sit? uerbi gratia. Hostes acerrimi et hostilissimi quos formidamus et qui nos tenent inopidatos: uastāt fata læta: hoīumq; labo

res:saluti nō sunt:ut palam ē:imo salutē tollūt/nec tamē sunt despicatui:
q nos habent maxime despicatos. Sed hoc agamus. Salutio Cornelius hic
Scipio uocitatus ē. quoniā moribus abiectis et mimicis uiuebat. imo per/
æque corpore corporeaq; similitudine Salutionem mimū id æui cōtēptibi
lem(Nā oēs mimi sunt famosi) exscribebat:hoc docet Plinius libro septi/
mo naturalis hist. Eiusdem familiæ Scipiōi post eū cognomen Salutio mi
mus dedit. Ex similitudine abiectorū hoium q̄plurimos nomē sortitos es/
se patet ex altero Scipionū:q a uictimario nomen dedecorosum traxit.
Mimos porro/Ludios/et gregem comicū apud Romanos probrosos fuis/
se ex Augustino discere poteris.

Q d lampsana dicendum sit in eodē et Plinius emēdatus. Cap. clxxxvi.

q Vis nō fando accepit lapsana olere uixisse Cæsaris exercitū?
quod et Trāq̄llus ānotauit. Sed nec i Plinio Trāq̄lloue lap
sana scribendū est. sed lāpsana:quæ romanis napiū appella
tur:de qua Dioscorides hæc. λάπσανον· αἰγύπτιοι εὔθμοι. λάχανον ἐστὶν ἄγριον· τροφιμώτερον καὶ εὐστομαχώτερον τοῦ λαπάθου· ὅυτα φύλλα καὶ ὁ καυλὸς ἐσθίεται ἑφθά. Latine sic. Lāpsana
Romani napiū. Aegyptii euthmi. herba agrestis/nutribilior et stomacho
cōducibilior lapatho. Eius folia et caulis comeduntꝰ elyxa. Nec mirū igitꝰ si
uictitauerūt napio Cæsariani milites:cuius folia et caulis uicem pulmenti p̄
stāt. Similis passim circūferꝰ menda i codicibꝰ oibus i dictiōe pimplea. nā
elisa. M. litera codices habēt piplea. Addit et Plinius eūdē exercitū cæsaris
famē tolerasse genere radicis:quæ dicatꝰ chara:qđ admixtū lacte incipiā le
uat. sed nō charā scribas imo caron ne cū mēdoso Secūdi codice librariis i i
scitiæ p̄ceps. hoc a Dioscoride disce:q sic græce scribit. κάρος σπερμάτιον ἐστὶ δριμύτερον· οὐρητικόν· θερμαντικόν· εὐστόμαχον· εὐστομον· πεπτικόν· μιγνύμενον ἐν ταῖς ἀντιδότοις καὶ ὀξυπόροις χρησίμως· ἀνάλογον ἀνίσῳ· ἡ δὲ ῥίζα ἑψομένη ἐδώδιμος ὥσπερ σταφυλῖνος. Caron iq̄t Dioscorides esse peculia
riter semiale:urinā ciere:calorem gignere:stomacho cōducere:odorē oris
cōmendare:p̄desse cōcoctioni:cōmisceri antidotis utiliter et oxyporis:cō
gruere cū aniso. Radix estur ut staphylinus hoc est pastinaca.

An Quiritum nomen sit honestius militari. Cap. clxxxvii.

a Ddit et idē auctor. Decumāos aūt romæ cū igētibus minis sū
moq; ēt urbis p̄iculo missiōem et p̄mia flagitātes ardēte tūc i
africa bello/neq; adire cūctatus est q̄q̄ deterrentibus amicis/
neq; dimittere. Sed unà uoce qua q̄rites eos p̄ militibus ap/
pellarat tā facile circūegit et flexit/ ut ei milites esse cōfestim
respōderent:et q̄uis recusantem ultro i africā sint sequti. hactenus Trāq̄l
lus. Affirmāt q̄dā Cæsarem milites suos q̄rites appellasse blandiori hono/

rificētioriq; uerbo:qđ nō nimis ꝓbo/cū qrites plebeii ēt ignobiles possint eē:q nullā opā reipublicæ nauauerūt:nec aliqua dignitate sunt ornati.

Militis igit̄ honorificentius nomē q̄ qritis.quoniā hoc militiā designat ornamētū nō mediocre:illud priuatā uitā.Gradus aūt militares ꝓ sūmis dignitatibus habitos/quis tā excors ē/q nesciat ⁊si mō Iuuenalis ultimam satyram legerit.unde nō pauci extiterūt:q arma literis ꝑponerēt:qua sententia ductus Marcus Tullius illud prouerbialiter ꝓtulit.Cedat forū castris:ocium militiæ.stilus gladio.umbra soli.Huic nostræ sentētiæ cōgruit res ipsa.Nōne inhonoratiori noie pcipiētes milites se uocari respuerūt appellationē qritū tāq̄ dedecorosam et ignominiosam/se respōdētes esse milites noie digniore et honestiore?Similiter p idecētius nomē Alexāder romanus Impator milites suos qrites dixit cū seditiosos icreparet/delictaq; coargueret in hæc uerba.Vos oēs hodie una uoce qrites dimittā/et icertū an qrites.Nō.n.digni estis:q romanæ plebis sitis si ius romanū nō agnoscitis.Amplius signare proprieq; loquēdo qrites populares appellant/et si generalē ad oēs significationē uox hæc habeat:speciatim tamē plebē notat quod orō impatoris Alexandri uidet̄ ostēdere et Ouidius in amoribꝫ ita canēs.Q đ si plexissem minimū de plebe qritē.Ductū hinc uerbū qritare suppetias a qritibus expetere significās/et infantiū qritatus dicuntur eiulatus a Plinio Cecilio:quapropter Cæsariani milites se populo et qritibus honoratiores ducēres/qritū nomē tāq̄ plebeium et cōsequenter abiectū sordidūq; despuerūt:et depcati sunt. Q đ si blandiori uerbo Cæsar illos qtites appellasset ipsos indulgenter nō cēsorie tractasset/summisse nō minanter.Quæ expositio non esset satis idonea Trāqllo: qui minis non aūt blanditiis Cæsarē decumanos adiisse scripsit eloquēter et historice. Laus Cæsaris ab audacia/q non recusauit turbulentos milites adire: illis nulla molli appellatione sub blandiri.

Q đ tibia funeribus adhiberet/inibiq; de siticinibus et siticinio cum emēdatione Tranquilli. Cap.clxxxviii.

Erba Suetonii.Deinde tibicines et scenici artifices uestem quā ex instrumento triumphorum ad ꝑsentem usum induerant detractam sibi atq; discissam iniecere flammæ.In funere tibicines assuetos adsistere ita notissimū pindeac uulgatissimū ē tibia consueuisse tibicines incinere funeris honorandi causa:nec sola aderat tibia.sed et querula tuba:unde exiit illud Persianum.Hinc tuba/candelæ/tandemq; beatulus alto impositus lecto crassisq; luthatus amomis in portam rigidos calces extēdit.Scitu dignū ē quod grāmatici ꝓdiderūt tuba Romāos solere maioribus funeribus icinere/tibia minoribus:ꝓide funus sūmatis atq; patritii describēs Persius tubā

fecit assistere nõ tibiã. Vnde ꝓpertius. Tibia funesta tristior illa tuba. Ouidius. Tibia funeribus cõuenit ista meis. Sed et rursus Propertius lib. ꝑtio. Tibia mygdoniis luget eburna sonis. Ouidius sexto fastorũ. Cãtabat fanis/cãtabat tibia ludis. Cãtabat mestis tibia funeribus. Apuleius lib. quarto metamorphoseos significare uidet̃ tibiã esse querimoniis aptã et lætis hymenæis ita scribens. Et sonus tibiæ gygiæ mutat̃ in querulũ lydii modũ cãtusq; lætus hymenæi lugubri finit̃ ululatu. Idem Statius Papinius innuit libro sexto thebaidos. Cũ signũ luctus cornu graue mugit adũco Tibia. Sed cũ repiã codices diligẽter excussos/i qbus nõ tibicines. sed siticines legit̃. enarrãda dictio ẽ/ut si forsan qs i eos icideret nouitatẽ dictiõis nõ horreret. De his Marcellus: ex gelio tamẽ: scribit i hũc ferme modũ. Siticines ut liticines a lituo/ut tubicines a tuba: q apud senatores uel uita fũctos et sepultos hoc ẽ iã sitos canere soliti erãt honoris cã cãtus lamẽtabiles: quos Apuleius floridorũ libro prio: quoniã ad monumẽta hoc ẽ sepulchra canũt: monumẽtarios appellat. Is igit̃ Antigenidas cũ esset i tibicinio adprime nobilis nihil æque se laborare et aio angi et mẽte dicebat q̃ qđ monumẽtarii choraulæ tibicines dicerent̃. Qui ab Aristotele libro περὶ ζώων γενέσεως τὸ ε' dicunt̃ ἀιάζοντες. Vir doctissimus et eloquẽtissimus Theodorus gaza siticines graphice et significãter iterꝑtat̃. Siticines graui sono incinebant/ut nõ sine penitissima doctrina ꝓtulerit id Statius. Cũ signũ luctus cornu graue mugit adũco tibia. sup qua te aristotelica uerba subscripsi. τὸ μὲν γὰρ θερμὸν πνεῦμα, διὰ παχύτητα ποιεῖ βαρυφωνίαν. τὸ δὲ ψυχρὸν διὰ λεπτότητα τοὐναντίον. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν αὐλῶν· οἱ γὰρ θερμοτέρῳ τῷ πνεύματι χρώμενοι καὶ τοιοῦτον προϊέμενοι οἷον οἱ αἰάζοντες, βαρύτερον αὐλοῦσι. hoc est. Spiritus. n. calidus crassitudine sua grauitatẽ efficit uocis. Frigidus præ sua tenuitate cõtrariũ facit: quod uel i tibiis patet. Qui. n. calidiore utunt̃ spiritu/et talẽ emittũt qualẽ siticines et lamentantes grauiorem sonũ ĩspirant tibiis.

De artifice Restione in Augusto Tranqlli uerbũ enodatũ. Ca. clxxxix.

m Arcus Antonius. subdit Tranqllus: libertinũ ei ꝓauũ exprobrat restionem ex pago thurino: auũ argentariũ. Ego ꝑ restionem hieronymũ secutus illũ uoco uilem artificem: q restes hoc est funes itorquet: quem græci σχοινοπλόκον appellant. Nec restio i Tranqllo nomen est ꝓpriũ. Sed accipi debet ꝓ opifice funario: q restes facit. Seruitq; hoc ꝓbrũ stomacho Antonii ignobilitatẽ generis octauii cõnumerãti/ut pote/q ꝓauũ libertinũ habuerit: et quo cumulatius ignominiã supadderet: restionẽ addidit. adiuuat qđ auũ uocat argẽtariũ noie pide officii sordidi. est qđẽ restio deriuatiuũ a reste: nõ aũt diminutiuũ. Restẽ ducere i tripudiis Donatus utit̃ ꝓ choream ducere.

De ordinariis idẽ enarratus et Seneca. Cap .cxc.

Pectauit:iqt idẽ: studiosissime pugiles et maxĩe latinos nõ
legitimos atq̃ ordĩarios mõ/quos ẽt cõmittere cũ græcis so
lebat. Ego ordinarios interp̃tor uiliores artifices et nõ legiti
mos/inexercitos:ĩsuaues. Q đ ut facilius pcipe queas ita ut
sunt Sexti Põpei uerba ponam. Ordinarius homo scurra et ĩprobus qui
assidue ĩ litibus moraẗ:ob eãq̃ cãm in ordine stat p̃rorem adeũtiũ siue di
ctus p̃ cõtrarietatem q̃a mĩme ordĩe uiuit. Vocaẗ igiẗ ordinarius histrio a
Trãqllo κατ' ἀντίφρασιν q̃ ordinẽ mimicũ nõ tenet/ꝓpterea uilior et mi/
nime legitimus. Seneca libro prĩo epistolarũ significare uolens Romanos
adeo esse crudeles ut gladiatoria certamia p̃ponãt uoluptificis et mimicis
sic scribit. Hoc pleriq̃ ordinariis paribus et postulatitiis ut ĩ expeditiõe p̃/
ferũt. Quid ni p̃ferãt? nõ galea/nõ scuto repelliẗ ferrum.

De xystis et xysticis unde deriuenẗ idem explicatus. Cap.cxci.

Imis fortassis ĩ uno ĩmoror autore. Sed hoc excepto uerbũ
nõ amplius addã. Sic scribit idem Trãqllus. Nec tamen eo
minus aut xysticorũ certatiões aut gladiatorũ pugnas seue/
rissime semp̃ exegit. xystos græcos appellare scio porticus te
ctas quas et paradromidas et hypostegas:a quibus paradro
mides et xysticæ ambulatiões nomen adipiscunẗ:quæ hypethris et subdia/
libus opponunẗ. sed caue ne a xystis porticibus xysticos certatores appel/
les aut xysticas certationes·xystici uero certatores appellanẗ a xysto spicu
lo uel hastili:quod non minus doctus q̃ candidus interpres græcarũ uocũ
Ioãnes placentinus agnouit:cuius opinionem fulciũt quæ ĩ Trãqllo sub/
dunẗ. Fateẗ namq̃ Augustum libenter gladiatores spectasse/quorũ decer
tatio ut xysticorũ uersaẗ ĩ certationibus armorũ. Sed si q̃s tergiuersaẗ Sui
dã audiat .xystũ hastile:spiculũ:et extremitas hastæ:q̃uis idem scribat xy
ston esse locum in quo exercebanẗ athletæ:de quo hæc Arianus. ἀκόντες βασίλειοι σύμματα παντάχουσα ἀνατεταμένα ἐπὶ ξυστῶν ἐγειρομένων.

Eualidũ modice ualidũ significare carmen italici emendatũ Inibiq̃
aliud eiusdem relatũ ad interiorem leonũ morem. Cap.cxcii.

Ilium Italicũ tot mendis pene scatere quot uersibus noue/
runt emunctæ naris ĩgenuiq̃ ĩgenii ꝓfessores:et ut ex par/
uis exemplũ ad maxima consideranda ꝑtinus obiciamus:
Eius hoc carmen est libro punicorũ primo. Et ualidã duris
euellit ab ossibus hastã. Quis nõ uidet eualidã iuctim legen
dũ p̃ modice ualidã hoc est quæ nõ ualida fuit et sufficiens lethũ iferre an
nibali qđ utiq̃ ꝓmiserat/quare paulũ supra idem poeta utens pathetico
epiphõemate sic exclamat. Heu q̃tũ uobis fallacis imagĩe teli ꝓmisere dei.

Eualidũ ea figura dicit̃ qua egelidum imo tepẽs et subæstuãs:hic ab Ouidio ꝓlatũ ẽ illud autore Seneca. Et gelidũ borean/egelidũq; notũ. Ausonius. Impiger egelido mouet arma seuerus ab istro. Quid.nõne et idẽ interiori pollet eruditiõe cũ sic canẽs subdit hos uersus de Annibale retrahẽte se pugnãdo tamẽ nec terga uertẽdo. Ille tegit clipeo fusum per mẽbra cruorẽ/ Tardaq; paulatim et dubio uestigia nisu Alternata trahẽs/aduersus ab aggere cedit. Sũt q:auersus:legũt significãtes Annibalẽ se auertisse a bello retrouersum:sed hoc pacto codicẽ iuertẽdo tolleretur oĩs Annibalis maiestas et pudor militaris:q nõ uertit terga.sed pugnãdo et reluctãdo obstãtibus retrahit/quare significãtissimo usus ẽ uerbo cedit ꝓ cessim repedat:signare uidet̃ inuereq; leoninã naturã:quod ex his plinianis uerbis planissime cõstabit. Generositas ĩ piculis maxĩe dep̃hẽdit̃:nõ ĩ illo tãtũmõ ꝙ spnẽs tela diu se terrore solo tuet̃ ac uelut cogi testat̃. Cogiturq; nõ tãq̃ piculo coactus.sed tãq̃ amẽtia iratus. Illa nobilior animi significatio q̃libet magna canũ et uenãtiũ urgẽte ui:cõtẽptim restitãsq; cedit ĩ cãpis et ubi uideri põt.idẽ ubi urgulta siluasq; penetrauerit acerrimo cursu fert̃ uelut deputãs abscõsiõi turpitudinẽ. Aduersus igit̃ itẽp̃tare uersus et oppositus hostibus pugnãdo cedit ut leo.

Emẽdatus Apulei codex de lampo augure. Cap.cxciii.

a Puleius ille madaurẽsis platonicorũ eloquẽtissimus/quẽ olĩ usu nostrũ fecimus nec penitet:sic in libro de dæmonio socratis scriptũ habet. Nõ secus ẽt ĩ troiano exercitu: cũ diuinatiõe res ĩdigẽt:tacet ille sapiẽs senatus/nec audet aliqd ꝓnũciare uel Hector uel Iãbo uel bitias.sed oẽs silẽtio auscultãt aut igtata auguria fleue aut nõ credita uaticinia cassãdræ.legẽdũ ẽ nõ iãbo.sed lãpo hoc ẽ λάμπων ex his Christodori poetæ thæbani ĩ libello τῶν ἀγαλμάτων.

λάμπων δ᾽ ἀχνυμένῳ ἐναλίγκιος ἦεν ἰδέσθαι
ὀυδάρ ἔτι φρεσὶν εἶχε κυλινδομένοιο κυδοιμοῦ.
τειρομένοις τρώεσσι τεκεῖν παιήονα βουλήν. hoc ẽ. Lãpon tristato similis erat uideri. Nõ.n.ĩ mẽtibus habebat reuoluto tumultu/Pressis troiãis parere salubre cõsiliũ. Cernis igit̃ q̃ hæc quadrẽt:et ut pedibus ĩ meã sentẽtiã discedere cogant̃ ẽt iuiti grãmatistæ/q hæc ĩ mille nugamẽta detorquebãt. Adde q̃d nõ bitias.sed Clytius legẽdũ ẽ:q et ip̃e fuit troianus uates:de quo apud eũdẽ Christodorũ sic legi. ἑστήκει κλύτιος μὲν ἀμήχανος· εἶχε δὲ δοιὰς χεῖρας ὁμοπλεκέας· κρυφίης κήρυκας ἀνίης. Stabat Clytius inops cõsilii. hẽbat aũt duas manus pectinatim iũctas occultæ nũcias tristitiæ. Nec Hector ĩ Apuleio scribo sed Helenus/de quo uate apud Maronẽ satis/et apud hũc poetã græcũ. Nec ingrata auguria fleuæ legẽdũ ẽ:quæ uox ex ꝓfesso mẽdosa ẽ. Sed panthoi legat̃: ex his Christodori.

πάνθοος ἦν τρώων βουληφόρος ἀλλ᾽ ἔτι δεινὴν
οὔπω μῆτιν ἔπαυσε κατ᾽ ἀργείων στρατιάων. Hoc ē. Panthous erat troianorum consiliarius. sed grauē nondum mentem remittebat contra græcos exercitus. Supius in eodē opusculo deest carmen integrū in his uerbis. Hinc illa homerica Minerua: quæ mediis cetibus graium cohibēdo Achilli interuenit. uersum græcum si paulisper operiamini latine enūciabo. Superest quidē caluicium non paruum: cui intrude hunc uersum ex Homeri prima iliados rhapsodia. οἴω φαινομένη. τῶν δ᾽ ἀλλῶν οὔτις ὁρᾶτο. Adde ꝙ cui non placet panthoi superius scribere phœbi legat litterarum similitudine lubrico lapsu. Nam Cassandræ uaticinia mente phœbi ueniebant. sed non erat credita teucris.

De Polymita et polymitariis opificibus Apulei codex emendatus: superq; mos inspiciēdi equos qui a regibus obseruaret. Ca. clxciiii.

N eodem opusculo sic idem Lucius. Quippe non intelligit homines æquæ spectati solere ut equos mercamur. neq; eni
i in emēdis equis phaleras cōsideramus/ et balthei polimiam inspicimus et ornatissimæ ceruicis diuitias contemplamur. Scribo polymitam. ubi phrygionis opus intelligo. Polymita uestis seu redimiculum uocamus pluribus litiis consutum quale Maro describit. Pictus acu chlamidem. Plinius acu pingere tradit iuenisse phryges/ unde artifex phrygio. Vulgo phrygeriū uocamus. Hieronymus plumarios et polymitarios artifices ꝓ eodē ponit: Opus plumatile in plauto pro polymitario summus interpretati. De quibusdam plumādi facultate nobilibus meminit Vopiscus. μίτος a græcis liciū uocaꝛ unde polymita uestis a uersicoloribus liciis quibus est intexta. Sensus Lucii euidētissimus ē qđ in emēdis equis bullas aureas/ nec opus phrygium aut plumatile cōsiderare debemus: quæ sunt extraria ornamēta/ et bonitatem non arguentia. sed thoros/ animosum pectus argutum caput equi cōtemplemur: quæ sunt signa minime fallentia ipsum emptorem. Et hoc mutuatus ē Apuleius a Flacco Oratio libro primo sermonū sic canente.

Regibus hic mos ē: ubi equos mercantur: apros
Inspiciunt ne si facies ut sæpe decora
Molli fulta pede est: emptorem inducat hiantem. Nec mihi placet in Flacco optos scribere. Parū inferius cū ait idem Lucius. Si ephippia fucata: singula armata sint. scribo cingula cum Ouidio. Et mala uelocē cingula ledit equum.

De nominibus magorū codex eiusdē emaculatus et enarratus. Ca. cxcv.

Go ille sim Carmondas uel Damigeron uel hismoses uel Ioā
e nes uel Apollonius/ uel ipe Dardanus/ uel qcūq; alius post zoroastrē et hostanen iter magos celebratus ē. Scribo. Charōdas

Demogorgon:uel moses.hic charōdas fuit legū conditor Pythagoricus philosophiæ affectator/de quo scribit hæc Seneca lib.decimoquarto epi/stolarū. Artani leges charōdæq; laudant. Hi nō in foro/nec in cōsultorū atrio. Sed in pythagoræ tacito illo sanctoq; secessu didicerūt iura quæ flo rēti tūc siciliæ/et p Italiā græciæ ponerēt. eiusdē quoq; meminit Eschines i orōne cōtra Demosthenē. Demogorgon uero magus fuit tā excellēs ut ꝑ esse laruis dicat et illas ꝑ nutu cogere/et si errent acerrime plectere. Autor Lactantius interꝑs Papini. Insimulatū magiæ mosen docebūt Plinius et Tacitus. Diodorus lib.secūdo. Apud Iudeos moses abiao/quē deū uocāt acceptas leges dare præseferebat. De Apollonio tyanæo mago nos in su perioribus multa. De dardano iurisperiti meminere/ unde Columellæ artes dictæ dardaniæ ꝑ magicis et maleficis. ꝑ Ioānem/Apostolū notissimū intelligi reor. Nā omnes christiani a gentilitate magi habebant.

De Eurybate et phrynonda idē explicatus Lucius. Cap.cxcvi.

[S]Ed enim: Subdit Lucius: uersutiā tā insidiosam: tā admira/bili scelere cōflatā negabis te unq̄ cognouisse. Quis pala/medes? Quis siphax? Quis deniq; euribates aut Phirinon/das/talē excogitasset? lego Eurybatus et phrynondas. hi de/ceptores fuerūt et humani generis hostes. de quibus memi nit his uerbis Plato in protagora. Si forte in eos hoīes icideres/q ex eo/rum cetu sint humani generis hostes/bene tecū agi putares/si eurybatum offenderes et phrynondam/deploraresq; fortunā tuā desiderās nostrorū hominū prauitatē. De eisdē ꝓterea meminit Aeschines in oratione cōtra Demosthenē. Scribit Suidas phrynōdam fuisse hospitē athenis circa pelo ponesiaca: de quo sic Aristophanes. ὢ μιαρὲ καὶ φρυνώνδα καὶ πονηρὲ σύ. ab hoc ꝓuerbialiter pauperes facinorosos phrynondas uocāt. Fuit enim pessimus et dolosissimus hic phrynōdas. de hoc Eudemus sic. ἀλλ' οἶμαι οὔτε φρυνώνδας, οὔτ' εὐρύβατος· οὐδ' ἄλλος πώποτε τῶν πάλαι πονη/ρῶν· τοιοῦτος μάγος καὶ γόης. Vides quēadmodum Eudemus magum et pauperem uocat phrynōdā cum eurybato. De palamede syphaceq; nihil adhuc scitu dignum comperi uel cōpisse me memini.

De Clunado cultro idem emendatus.et de pupula. Cap.cxcvii.

[C]Vm magis magisq; Luciū nostrū excutio maiora suboriun tur errata/uitio ætatis rancidæ inseminata: quæ autorū dele ctū faciat/et tāq̄ bulbos hos ut ꝓbos eligit: illos ut reprobos negligit. Sed ad rem ueniamus. Parum supra scribit idē Lu cius. Tu ne effœminatissime tua manu cuiq̄ uiro mortem minitaris? At qua tandē manu? Philomenæ? an Medeæ? an Clytēnestræ? quas tamen consultas: tanta mollicia animi: tanta formido ferri est: sine

cludine saltas. Sēsus apparet. illū accusatorē Apulei adeo mollē eē ut nedū Lucio q mortē cōtēnit ut philosophus. Sed nemini posset exitiū machinarissimo hic q histrionicæ se totū dedidit cū effingit clitēnestrā securi parare mortē agamēnoni necesseq; tūc sit uibrare ferrū: illud et si sit imaginariū attīgere nō audeat. Sed legēdū nō cōsultas. uerū seiūctim cū saltas hoc ē saltādo histrionicā exerces aut tragœdicā. Nec cludine mea qdē sentētia recognosces. sed clunado: de quo sic Pōpeius. Clunadū cultrū sanguinariū dictū. uel qa clunes hostiarū diuidit. uel qa ad clunes depēdet. Sunt q cludone scribūt p nimio īpetu et fluctuoso. quoniā κλυδὼν tēpestas appellaf: ut hic sit sensus. hic nedū a ferro se abstinet: sed oēm fluctuationē: tumultū et īpetū fugit. Quid si cludone scribis et bacchicū tumultū īterpraris: si qdē hic tā mollis erat ut nūq̄ i horrorē furoreq; minimū ī surgeret: qd: licet fœmiæ: bacchæ factitare solēt idētidē: quæ κλώδωνες appellāf ap macedones: ædē mimalones dictæ ἀπὸ τῆς μιμήσεως hoc ē ab imitatiōe. Suidæ uerba subscripsi. κλώδωνες· αἱ βάκχαι τοῦ διονύσου παρὰ μακεδόσιν. αἱ καλοῦνται ὕστερον μιμαλλόνες· ἀπὸ τῆς μιμήσεως. Supius quoq; sic ī mēdosis codicibus scriptū ē. Quoniā nō formosa pupilla. sed mediocri facie mater liberorū mihi offeraf. Scribo formosa pupula p tenera puella. Ausonius. Latias uīcis alūna pupas. Persius. Nēpe hoc qd ueneri donatæ a uirgine pupæ.

De Trochilo aue et Iynge Lucius declaratus. Cap. cxcviii.

q Vid nōne mira uerborū portēta sunt hæc Apuleiana quoq; ī prima apologia posita: Philtra oīa undiq; eruūt. Antiphates illud quærif. Throchisili ungues: teniæ: radiculæ: herbæ: surculi. Aure illices: bichordile: hiniētū dulcedies. Quis adeo lynceus: argus: imo totus oculeus posset ex his uerbis meris nugis ītrospicere mētē Lucii nostri: Autumo sic scribere oportere. Antipathes illd quærif: trochili ungues: teniæ: radiculi: herbæ: surculi: Aureæ: iynges: trichiæ: cordylæ: hiniētū dulcedies. Vbi p antipathes ītelligo qdpiā īcātamētis idoneū: qd cōtrariā: ut ita loquar: passionē habet: exēpli gratia magnes ē sympathes ferro. quoniā ferro habet uī ītrariā et passionē ferro congruētem: allium uero ē magneti antipathes hoc ē ītriseca passiōe repugnās: qppe cū alliū ui illicē magnetis obtūdat: reuerberet atq; refrigat: unde pliniana illa sympathia et antipathia. Veneficiis philtrisq; amatoriis antipathes aliquod īteruenire debet qppe cū aīus si mō aliquo diuerti debet ab odio ī amorē: eget īcātatrix re aliqua ut īstrumento quo cogaf aīus ab odio ī amorem decliare. Per trochili ungues ītelligamus auiculæ: cui latine nomē est regaliolus: q rex auium dicif ī Italia: πρέσβυς ab Aristotele: q duo habet αἰδοῖα hoc est geminū sexū maris uidelicet et fœmiæ: et se ipsum inire dicif. de quo ī supioribus lōge plura. Per aureas pisces auratas notissimos ītelligimus. qd si non

placet chryson accipe quoniã coloris aurei tradit Plinius libro.xxxii. Q đ aũt supest explicãdũ iynges sunt aues magiæ accõmodæ: ut supius admonuimus: sicut et regalioli sunt: uulgo collitortã dicimus: quã putauit interpres Hesiodicus amori pesse: fœmina maga atq; uenefica in hãc auẽ desiuisse cõpit. de trichiis piscibus lege Pliniũ i nono libro. Cordylã uero fœtũ thũni eẽ didicimus ex his Plini uerbis libro nono. Cordilla appellat partus q fœtas redeũtes i mare autũno comitat. Limosæ uero a lutho pelamides icipiũt uocari et cũ ãnuũ excessere tẽpus thynni. Per herbas: quoniã pisculẽta maxie cõferũt magiæ: itelligo marinã: quæ tertiã naturã habent: ut ẽ urtica: quæ herba uidet cũ sit piscis: quæ sũmope amori quadrat cũ sit illix et ardorẽ ꝓuocãs. Q uidã referũt ad algã. p tænias minimas fibras itelligo et capillos herbarũ uel aliarũ rerũ qbus utunt sagæ et incãtatrices ad hoies illiciẽdos queadmodũ apuleiana philotis mittit a domina magiæ pita ad minutias detõsi iuuenis colligendas ut illũ noctu ad se magicis illicere uocibus. adiuuat qđ ꝑposuit radiculas: quæ q̃uis herbã peculiariter significet: hic tamẽ ꝓ oibus ad magiã aptis radicibus usurpat: qđ eẽ uerũ interꝑtamẽtũ docet surculi dictio sequens q̃uis tænia sit pisculus: quem uitã iterꝑtat Gaza. quare p herbas simpliciter exponere potes herbas magicas nec de piscibus itelligere. p hinientum dulcedines itelligamus hippomanes: quod i pullorũ eqnorũ frõte nascit: qa eq hinietes uocãt ab hinitu hoc ẽ ꝓprio sono: quare ab Ouidio dictũ ẽ. Fortis equus uisa semp ad hinit equa. dulcedies dicũt hæ carũculæ quõiã morsu matrũ ꝑcerpũt peride ac sint dulces illis in cibatu: uel qđ amorẽ dulcẽ cõciliãt: qđ q̃ uerũ sit pliniũ audi. Et sane eqs amoris innasci ueneficiũ hippomanes appellatũ i frõte: caricæ magnitudine: colore nigro: qđ statim edito ptu deuorat fœta. aut partũ ad ubera nõ admittit si qs ꝑreptũ habeat. Sed continere me nequeo qn emendẽ illud qđ subseqt his uerbis. Mercurius carminũ uector et illex animi uenus: et Luna noxiũ cõscia. scribendũ est noctiũ cõscia Luna uero dicit cõscia noctis. quõiã nocte lucet et oĩa speculat. quare ab oratio dicta nocliluca. Sed quæ cã est cur nõ assuã interꝑtationẽ horũ uerborũ subsequentiũ? Sed. n. fœminal nullo pacto repiens mũditerdicere ad mea scripta cõsugit. qa et e quodã meo libro legit. Interfemineũ tegit et femoris obiectu et palmæ uelamento. Per feminal piscẽ: intelligo uuluulas: q pisces sũt similitudine genitalis muliebris exꝑssi. de qbꝫ his meminit plinius Cecilius libro primo epistolarũ. An tu ap nescio quem ostrea: uuluulas: echinos; gaditana maluisti. Interfemineũ uero locos muliebres interꝑtare quoniã inter femina cõcludunt. Q uin femina sine diphtõgo prima correpta ꝓferri debere docet Virgilius ita canens. Eripit a femine: et trepidãti feruidus instat.

Magiã esse cultũ deorum platonis uerba luci suæ restituta. Ca.cxcviiii.

i N eadē orōne cū loq̄r Apuleius de magia:ſimulq́ ex uerbis platonicis ī primo alcibiade poſitis cōprobare nitit̄ magū eē religioſum nomē:habet̄ in tritis codicib⁹ ſnīa platonis fediſſimis et mēdoſiſſimis:maleq́ coagmētatis characterib⁹ edita:quæ a nobis addita latina interp̄tatiōe ſic emēdabit̄. Verba ipa diuini uiri memini:quæ tu mecū Maxie recognoſce dicētia. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τὲ διδάσκει τὴν ζωροάστρου τοῦ ὡρομάζου ἐστὶ δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. Significāt hæc diuina uerba. Quorū alter magicā docet zoroaſter horomazi.hoc aūt ēſt curare deos. In eade orōe ſupius mēdū puū inficit egregiā ſniam. Id genus plurima recitē denuo ut ſciāt me eorū nō pigre. Et tertias mea delitiæ ſtet ſalua chaſtinæ. Scribo. ſciāt me eorū nō pigere. Et critias mea delicia ſtet ſalua chatine. Critias.n.nomē ē amati pueri. Delicia uero ſingulariter dici teſtis ē Gelius. Parū ſupra cū de crocodilo loq̄t. Cū egreſſus in p̄pria fluminis hiauit una ex auib⁹ fluuialibus:amica auis:iiecto roſtro ſine noxæ piculo exculpit. ſcribo excalpit. et de regaliolo itelligit/nec fluuialē auē in fluuio uiuērē accipe/ita ut ſit auis aquatica. ſed ſpineta et p̄pia nili accolentem. Teſtat̄ aūt Plinius facere hoc trochilū:q̄ ī italia dicat̄ rex auium:quod aſpiciens ichneumon ut iaculū p os aptū in uentrem crocodili penetrat et interānea abſumit:hocq́ pacto cōttucidat cōficitq́ crocodilum.

Retractata apud Plautum quædam. Cap.cc.

e Cce tibi Plautus iterū excutiendus.cū quo formidoloſius bellū cōſero q̄ cū excetra:ſemp.n. mōſtris fœcundiſſimus ē: et dū unū aufers:aliud influit. Sed ego parū prudēs q̄ ægyptiū cādefacere ſatago:et ad uitā cadaueroſum reuocare. Sed di facientes adiuuāt ut adagio uarroniano inoleuit. Pauca repaſtinare hic ſatius duxi quādo et me libentius q̄ cæteros corrigo/oēsq́ inuito quos p geniū uirtutis adiuto exerāt uires et ad cōflictū ſe parent:idq́ pmū expiant̄ in meis:ſi mō aliqd decoctius habent quo poſſint poſteritati cōſulere. Nō.n. ex his ſum q̄ nei uos ſuos amāt/et ſe et ſua ſine riuali cōplectunt̄. Sed ad p̄cinctum.

Ex amphitruone. Cap.cci.

Surā ſcripſi nō ſatis latine dici p̄ fœnore. repit̄ tamen aliquādo.
u In eo carmine thorulus inerit aureus. ſcribunt qdā tornulus et ītelligunt ſigillū aliquod aureū tornatile. Plautus. Hæc herìimodeſtia coegit me q̄ hoc noctis a portu ingratis excitauit. hoc noctis ſubintelligo tēpore:q̄uis alias hoc p̄ huc expoſuerim. Ibidē cito carmen oratianum. Græcia barbarie lento cōficta duello. ſcribe. colliſa duello. In expoſitiōe illius carminis. Illic hō a me ſibi mala rē accerſit iumento ſuo. ſic ſcriptum eſt in cōmentariis. humero geſtati imitās. ſcribendū humero geſtāti imitāti. plautus. Cōprimā linguā. in cōmentariis ſic eſt ſcriptū. Rumen ac teriarū clauſtrū uocat̄:quæ græcis epiglottis. hoc adde:et hoc p̄prie et ſi

gnate loquendo. Repio tamen rumen ꝑ ruma positū. sed de usu loqmur nō de abusu. i eiusdē carminis iterp̄tatiōe sunt hæc uerba. Sup hoc teterri mo uitio Lactātius his in uehit. Scribo. In hoc teterrimū uitiū. Plau. etiā clamat carnifex. i cōmētariis sic habet. ut sit ad mercuriū apostropha. scri bēdū: ut sit mercurii ad sosiā apostropha. Plau. mira sunt nisi latuit itus il lic i hirnea. In cōmētariis collirida dictionē ambrosii muto i colymbithrā. nūc nihil imuto. Plau. Itidē habet petasum ac uestitū. Negauimus i com mētariis petasum ꝑ calciamēto repiri. Sed nōne ab ausonio redarguimur i iābico ad paulinū? Petasoq; alitis arcados uectus uola. uidet. n. qd subes se ambiguitatis quā discutiēdā ad aliud ociū seponimus. Plau. Vt ego ho die raso capite caluus capiā pilleū. In cōmēta. sic. Dion græcus autor Bru tū pugiūculos et pileū gestasse refert significare uolēs. Scribo. uolētē. Pla. Cui iā ego hoc scipione. In cōmētariis sic legēdū. Scipionū familia a bacu lo nomē adepta qđ is primus ex ea gente ꝑ Scipione filio sit usus. significare uolui. filiū patri Cornelio uicē scipionis p̄stitisse unde sit scipio uoca tus. Plau. Facit ne ut dixi timidā palpo pcutit. In cōmētariis. Palmos græ ce latine saltus uenarū et susultatio cordis. i. expulsio / quæ causat ex dolo re. lege nō causat. sed originē ducit. hoc tersius et latinius. Plau. Eamus amphitruo/lucescit hoc iā. multa tradidimus in cōmēt. sed relatiuū: hoc: ad cælū referri pōt: qppe cū cælū ꝑprie uocari pōt hoc/quoniā a Platone τὸ πᾶν. Plautus. Virtus omnibus rebus anteit profecto. in commenta riis. Quæcumq; autem in deffinitione uirtutis solent dicere paucis uerbis colligit et enarrat Lucilius. non uerbis scribendum sed uersibus. Plautus. Ni ego illi puteo oēm aīam itertraxero. adde iterp̄tatiōi hoc a timēte sosia dictū uideri ne delegeť trahendæ aquæ usq; ad mortē. nā lauatiōe maxīe egent ea ꝗbus utiť puerpa. et expone itertraxero hoc ē iubebūt me iter trahere. Plau. Si minusculo digito fores icrepuerit. In cōmētariis. p id idi cabat. scribo p eū indicebať. ꝑpe cū sic addiť. Is harpocrates lingua: ut cō iecto: ægyptia sygalion uocabať. fortassis nō lingua ægyptia. sed græca di ctus sigalion uoce deducta a silētio. σιγὴ nāq; silētiū ē. σιγάω sileo. Pla. Vetus ē adagiū fames et mora. In cōmētariis sensi adagiū dici qđ sit in uulgus adactū. Pōpeius tamē autumat adagia dici qđ ad agēdū sint apta. et hoc admonitū te uolo ꝙuis plautina hæc addita carmina uocē / tamen me sentire nō a plauto fuisse cōdita. sed ab aliquo plautinæ doctrinæ imi tatore. Cū iferius scriptū ē de deioneo me nihil legisse: supadditū hoc fu it imo apud Strabonē leges. illū cephali patrem fuisse. quē aliq Deioneū aliq Eionē uel eioneū. Plautus. Deuolāt āgues iubati deorsum i ipluuiū duo. In cōmētariis sic habeť. Impluuiū. i cauo ædiū locus ubi supne hoc ē ex impluuio supiori impluit. Corrige. in cauū ædiū. locus ubi supne hoc

ẽ ex cõpluuio.plaũ.Ego cunas recessum uorsum trahere et ducere. sic in cõmẽtarus legit.qđ ante nos scribimus nõ retrosum/ prsum scribere dicũ tur.corrige qđ aũt nos scribimus nõ retrorsũ prsum scribere dicimur/nã quã Lucius psam dicit nos uocamus prsam.Paulũ infra deẽ hoc carmen dixi.stat ut multis hostiis iouis supmi pacem petã.nũc nihil deeẽ sentio.

Ex asinaria secũda comœdia. Cap.ccii.

PLautus.Riuinus amẽs ob raptã mulierẽ.Riualẽ in cõmẽtariis legendũ censui.nũc censeo riuinũ riualis pprũ nomen esse posse. uel priscus poeta plautus potuit quos nos riuales ipse riuinos uocare.plau.Solus solitudine ego te atq ab egestate abstuli.solitudinẽ a sole deflexo uocabulo nũc capio p isolatiõe.Insolãt.n.nõ habẽtes ignẽ pauperculæ meretrices.plau.Vnde sũmã/quo hãc celocẽ cõferã/plautũ in aulularia citatũ aduertes p in asinaria.mendũ sat appens.paulo inferius cũ đ linea loquot Ouidius p martiali citat in his uersibus.Linea diues cessat/ et in populũ multa rapina cadit.plau.Ad loquendũ atq ad tacendũ tute habeas portisculũ.In sinceris marcelli codicibus hæc legunt.scribo põpei. His quæ de portisculo scripsimus hoc adde.me nũc sentire a portu dici portisculũ ex helii uerbis nõ a ptica.Pla.ubi phensus i furto scies.scribe sies.paulo supra i plute aristophanis deest ἰ‑ἀυτοφόρῳ.Plau.Vt mecq tecq maxime atq igenio nostro decuit.scribe igenia nostra.Pla.da mihi istas uiginti minas:uides meã ãte mergere:scribo: me amãtem egere.Plau. Ego fecere.hem qđ istuc ẽ/et tu uide is.In cõmẽt.inouaui codicẽ.nũc nihil imuto.ordo.uide ut tu is.admonet ut bene caueat quõ eat/ne si male iret argẽtũ pderet.iferius i enarratiõe arthemões sentio arthemona dictionem esse latinã/quã græci epagõta dicũt/latini artemonẽ uitruuius autor. Pla.Siccũ:frugi:cõtinentem.Iã oli siccũ cũ marcello accepi.nũc siccũ p sobrio iterptor ad differẽtiã madidi:q dicit ebrius:quod pla.ostẽdit sic scribẽs:madidũ/nihili/icõtinẽtẽ.Pla.Cliniã:Cremẽ:Cratinũ:Climiam. dele quæ de climia i cõmẽt.addidi.Paulopost i fine primi carminis ex Theognide citati addẽdũ ẽ.ἀγαθὰ τί μάτον.Plau.Male cubãdũ ẽ/idicatũ me uxor adducit domũ.idicatũ hoc ẽ/idicta cã iterptat marcellus:quẽ nunc sequor.

Ex aulularia tertia comœdia. Cap.cciii.

IN cõmẽtariis i argumẽto aulularíæ sunt hæc uerba.qđ.s.Leonides adolescẽs nubilẽ et unicã huius euclionis filiã uitiarat.scribẽdũ lyconides.Paulopost i iterptatiõe huius argumẽti licone scribit p lyconide.plau.lõgã laqueo collũ quãdo obstrixero.In cõmẽ.Cautũ fuerat i põtificalib9 libris ut q laqueo finisset uitã isepultus abiiciebat.scribẽdũ abiceret.Pla.Philippũ regẽ aut dariũ triuenefica.In cõmẽt. præterea adde marcellũ digestis de ui publica ostẽdit.scribe ostẽdere.Pla.Nã no

ster nostræ q̃ ē magister curiæ. In cōmēt. Interpretare curionē nostrū hoc ē illū q̃ cādidatis hoc ē magistratuū ābitoribꝰ pecuniā uiritim præbebat q. scri bēdū. Interpretare curionē nostrū illū: q iubētibus cādidatis pecuniā uiriti partiebat: quē. Pla. Nūc petit cū pollicet. In cōmēt. Iuxta hāc snīam uer/ bū id plautinū ꝓlatū ē. Nō plautinū sed priscū lege. nō. n. hoc plau. ꝓtu lit ut marcellus te docebit. Plau. Aurū mihi itus harpagatū ē. In cōment. cū uox a græcis furas īterpret: scribo. quæ uox græca furax latine dicit. pla. Certe edepol eqdē te ciuē sine mala etiā malitia. censui ī cōment. hūc uer sum sic legendū. sūma oī malitia. Nūc credo nihil eē ī plauto mutādū. sed corrigendū marcellū. Nā itellexit Nonius hūc dicere mala malitia. quōiā sit et bona: qđ si nō esset frustra hic additū eēt mala. Pla. Nā si opulēro sit petitū paupioris grām. scribēdū opulētos it: opulētos usurpat ntu prisco ꝓ opulētus. pla. heus strobile sequere ꝓpe me ad macellū. In cōmēt. Stro phos ī alia significātia græcis ē dolor itestiorū: quos tormies latini uocāt. scribe. quē tormia. Pla. ecqd audis? uascula itus pure ꝓpa atq̃ elue. corri/ ge: purga ꝓpe atq̃ elue. pla. Etiā ne obturar īferiorē gutturē. In cōment. θηλικῶς et οὐδετέρως guttur: corrige: ἀρσενικῶς. hoc est masculio et neu tro mō gutt dicit. Pla. Qđ te scio facile abstiere posse si nihil obuiā est. ī cōment. addit negatio dictiōi facile/ nūc nihil īmuto afferēs negationē nō addendā hoc sensu. qđ scio te facile abstiere posse si nihil sit obuiā. Sed si habebis aliquā ꝑdā domesticā obuiā nō facile abstiere posse te scio. Pla. Volui aīum tādē cōsolare meū. In cōment. Euclio regrediens a foro appe dinario: corrigo cuppedinario. pla. Post hāc rōem cordi uētriq̃ edidi. ī cō ment. ī huius carmīs expositiōe facimus scriptū est ꝓ facit. Pla. Ita me be ne amet lauerna. In cōment. istar corniculæ oratianæ sibi carmīa cōstituē tis. scribēdū aliena carmīa cōsuētis. Obtrūco gallū furē māifestariū. In cō/ ment. Nō dubitāt trepidi cōtra cōstare leōes: scribe: Quē nequeunt rapidi Pla. opulentiores pauporū filias. In cōment. paupiorū scribo: nūc nihil ī/ muto si qdē paupum et paupā dixerūt ātiq. Pla. In maxia illec populi p/ te est. In cōment. Optima bōis moribus dotata est ī pauciore paupioreq̃ fortuna: scribo: ī pauciore pteq̃ minore hoc est bōa. rari. n. sunt bōi. Pla. dotata es: istud ius paupibus ponit. ī cōment. censui legendū esse ponat. Sed metri regula nō admittit quare pōit expone cōcesso qđ ponat. pla. Salutigerulos pueros uehicula q uehat. post hūc uersum putaui ī cōmēt. addendū carmen illud. Straptæ/ Scrupedæ/ strictipellæ sordidæ. nunc nihil inferendū hic censeo, istic enim carmen hoc nō reponendum. sed in ner/ uolaria ubi citatur a Gelio. plau. quod non os uelit oculi sciant. In com/ ment. docere seruum hominem multa uidisse, quæ nolit oculus exloqui. scribēdum. ligua nō oculus. Pla. mortuum ego me mauelim letho malo.

In cõment. oĩa illa carmĩa/quæ cẽsui ꝓfigẽda huic carmini sunt eradẽda. illa. n. repies ĩ subsequẽtibus. Pla. ut ego aliqd bõi dicã. nõ ꝓbo expositio/ nẽ meã. nihil imutãdũ ẽ/qppe. cũ melius exprimat auaritia senis/q nõ da re coruo. sed uerbis bonis uelit illũ remunerari. Pla. Vbi ille abiit. ego me deorsum duco de arbore. oĩa quæ in iterꝓtatiõe huius uersus attuli sũt era dẽda. mẽdosus Nonii codex me decepit. Ex captiuis. Cap. cc. iiii.

p La. uel ire extra portã trigeminã licet. In cõment. ubi id tẽpons mẽdici cõmorabant̃ sicut Persũ. corrige sicut satyri. Pla. ego uir/ tute deũ et maiorũ diues sum satis. In cõmẽt. uirtute hic exponũt grãmatici ꝓ auxilio. pla. nũq̃ erit tã auarus qn te gratus emittat manu. cor rige gratis. pla. Vtinã te di prius ꝑderẽt q̃ ꝑsti e patria tua. In cõmẽt. scri/ bũt iurecõsulti illos ꝑisse patriæ/q capti sunt in exilio. corrige. q capti sũt uel exules. pla. tãtus uẽtri cõmẽtus meo adest ĩ portu cibo: cõmẽtus cibus ꝓ cibi dixit. lege priscianũ lib. vi. Pla. atq; agnũ afferri ꝓpriũ piguẽ. p agnũ ꝓpriũ itelligo qd̃ sit possessus ab illo. ex alienis. n. nõ litamus. Vel ꝓpriũ expone: q sit sacris accõmodus. hẽat oĩa illa ĩsignia: quæ hostiæ. sũt neces/ saria. nõ. n. oues oẽs et agni/ uictimæq; cæteræ erãt idoneæ sacris. pla. aulas cõfregit oẽs nisi quæ modiales erãt: In cõmẽt. Modiales: capaces et uẽtrio/ sæ unius. s. dolii: corrige uẽtriosæ et capaces unius modii.

In curculione. Ca. cc v.

q Vi e nuce nucleũ eẽ uolt/frãgit nucẽ. his quæ ĩ cõment. diximus hoc adde nos opiari Macrobiũ lapsũ eẽ: absit iuidia uerbo: Mol/ luscã nucẽ minime ꝑsicũ ĩtelligere possumus. quoniã nux dicit̃/ quæ durũ hẽt foris: ĩtus qd̃ ẽ esui: ꝑsicũ potius iter poma nũeramus: et ne te diutius teneã scito molluscã nucẽ illã itelligi debere: quã bonõiẽses uul go scusarolã uocãt: quæ obducta tenero cortice digitis ꝓmẽtibus nõ resi/ stit. Sueuiq; edyliũ nũc nõ ꝓbo. plau. Flos ueteris uini meis naribus obiec tus ẽ. florẽ ꝓ odore capimus autore Lucretio sic canẽte. libro tertio. Qd̃ genus ẽ bacchi cũ flos euanuit: aut cũ spiritus ungẽti suauis diffugit i au/ ras. pla. Site cã mea lydi barbari: In cõment. Obiter ex re nõ fuerit ãnotas se. scribo. ab re. hoc est iutile. Pla. Tũ etiã cũ nocturnis oculis odiũ me uo cat̃. In cõment. Aristoteles lib. prio metamorphoseon: corrige metaphysi ces. Pla. Hem istoc uerbo uindictã para. In cõment. ꝓmittere ut iure sua cu iuslibet sibi uindicent̃: corrige: cuilibet sibi uindicare liceat. Pla. tũ te igit̃ morbus agitat epatarius. In cõment. Epatarius epate laborãtes: corrige la/ borãs. pla. Quos semꝑ uideas bibentes esse ĩ hermopolio. In cõmen. Quæ ad propangam: corrige propagandam. plau. Et datores et fartores om/ nis subdam sub solum. Fartores simpliciter interpretor: q stipant et farci ciunt iter ne libet sit commeatus. Plau. bibentes uideas in hermopolio.

Quidā codices habēt themopolio.sic enī uocaᵗ locus ubi calidū bibebaᵗ.
pla.Aio male ē.In cōment.Pōt et resolutio neruorū iter liposychian ha/
beri.hoc ego nullatenus sentio.Pla.neqꝫdiem decet me memorari / neqꝫ
nocti nocerier.scribe remorari.nocet nocti q potus nō dormit:is .n . qetē
noctis turbat.Proprius.Semp.n.uacuos nox sobria torquet amātes. pla.
iacit uolturios quatuor.In cōmēt.In lusu tribus talis utebanᵗ/nō ut nunc
duo.scribo duobus.plau.de coclitū ꝓsapia te eē arbitror.In cōmēt.Scita
circūferᵗ snīa eā formā iter absolutissimas cēseri.scribēdū absolutas.supra
paulo quas scribiᵗ ꝑ quos.pla.ī medio pp canalē ostētatores meri.qđ i cō
mētariis ꝓdimus de ꝓbatica piscina penitus ē eradēdū.Illa nāqꝫ nō erat ro
mæ'quæꝓbatica dicebaᵗ.pla.pone ædē castoris.In cōmēt'quæ extructa fu
erat i foro romano de qbꝰ.corrige.quæ extructa fuerat ī foro romano fra
tribus castoribus.pla.Ditis dānosos maritos aꝑ leucadiā.In cōmentariis i
terꝑtamur ouidiū pperā.ꝑ spōsum nūc exponimus illū/q spōsionē fecit.
Iuxta illud Plinianū.Spōsioni nō deeē iacturā.plau.ī cassina.Mihi obtin
get sors.ut qdē pol paras cū cruciatu malo.scribēdū peas.pla. Ap uorsus
quos cātat colax.ī expositiōe huius carminis cēsui aꝑAusoniū legēdū.sup
pilo/pulliꝑmo. Quid si legis fubulo?plau.Meū corculū melliculū uercu
lū/uide priscianū libro tertio.uideᵗ.n.addere felculū.plau.ī epidico.Sup
parū.subminiā:richā.quod hic affero de dorophagis nō ē referēdū ad sa/
tyri sniam.uoratores.n.munerū dicūᵗ iudices ab hesiodo qđ ꝑtio corrū/
punᵗ.pla.paratū ductare.at ego follitū ductitabo.scribo.para tu ductare.
pla.Quasi quæ amaret caueat.scribo:q a memet.pla.mirū hoc qdē potu
it fieri:scribe.mirū hoc qn:ꝑ quō.pla.Incertus sum caue ad me retulit pe
dē.scribēdū causæ.plau.ī manibus gestāt copulas secū sua ui priusq̄ peo.
corrige:subueni priusq̄ peo.plau.in bacchidibus:posq̄ inanis sum:cōteꝑ
tricē meā.sed cōueniā mihi.corrige.ueniā mihi.pla.beneualēs uiuit tibi.
Emēda.beneuolēs.pla.postremo id mihi ē qđ uolo.lego:postremū. hoc
sensu ultimo loco euenit mihi qđ cupio/quæ nō cupio mihi se stati offe/
rūt.Pla.Nūc amāti hero filio secus.corrigendū senis.pla.Nimio illecres ē
mane diuidiæ mihi.corrige magnæ.pla.Aequū eē puto sed nimis uolo de
sidiæ ei dare ludū.scribo.minus.pla.Quid alii dāt boni caue culpa tua a/
missis.corrige.quod di dāt.pla.ī mostellaria.Exin sole pecuniā iuenire.ī
cōmēt.sūmulā nūmariā ītellige/quā ī sole nens muliercula libidinis emeri
tæ nebat.corrige nō nebat sed lucrabaᵗ.pla.Tāgite uos quoqꝫ terram.In
cōmēt.uerba Ioannis:misere puluerē sup capita sua:nō ad iniectionē pul
ueris referēda:uide ne sit deturpatio qua lugētes caput coinqnabant/luc
tuoso mœrore cōfectæ/qualem ritum Catullus ostendit.Plau. Neqd esca
una meruerit magis.scribo.nec quod esca una me iuuent magis.Plautus.
Nam postquam hic ædis uiderat ut dixi tibi. ædis uendiderat scribo.Pla.

Heus iam apit meridie. corrige. heus iam adpetit meridies. Pla. in menhe/mis. Sustine hoc penicule exuuias facere. q̃ suauum uolo. lego. Susti/ne has penicule exuuias. facere quod suaue est uolo. admonet peniculum parasitum menhemus ut brachio uestem fulciat. quoniam uult facere quod est suaue sibi hoc est osculari puellā erotiū. pla. interim ne qs qn eius aliqd idutus sis. corrige. Interim ne duis quid eius quod idutui sit. Hoc sensu. qd opus ē te blādiri si nō uxoris affers uestimētū/qd̄ iduā? Ordo. Interi ne duis qd eius/qd̄ sit idutui. qd eius expone aliqd illius uxoris uestimētū. sit idutui. sit bonū ad induēdū. qd hoc ē. loq̄t erotiū uisa palla ꝓtēta a menhemo. Induuiæ tuæ. menhemus respōdet erotio. Pla. i mercatore. Cape mō uorsoriā. hic serenus fauōius ē. In cōmēt. qd̄ ex Tarræo et Lucillo p̄cepi græcis autoribꝫ. Emēda. qd̄ ex Tarræo Lucillo p̄cepi græco autore. Tarræus cognomētū ē Lucilli a tarra urbe cretæ. Pla. i penulo. In iuriarū multo iduci satius ē. lege mulctā. hoc sensu. melius ē desistere ab iiuriis qbus si quēpiā taxauerit alius mulcteṫ. uel iduci expone ꝓ deleri. hoc ē neminē afficiamus iiuria. sed amnestia ꝓmulgeṫ hoc ē iiuriarū obliuio. In rudēte fabula plautia grippus ꝓ noīe piscatoris iducit. tu lege griphus cui nomē hoc hesit a griphis istrumētis piscatorū: de qbꝫ meminit pollux. In fine mei cōmētarii Plautini ad lectorē sic legiṫ. Nō idecorū Varro pu/tauit pfecto spicilegio spicā reliqsse. Corrige. e segete ad spicilegiū stipulā reliqsse. Qd̄ i pricipio cōmētariorū cōtra diomedē dixi de planipede nūc nō placet obstāte syllaba. p̄terea i uita plauti merulā nūc et eusebiū sequor. Sed qd oē oleū i plautū absumo? p̄cipue cū nouos i eūdē poetā cōmenta/rios mediter: q lōge fusiores erūt et explicatiores prioribus: nō tātū doctis ut hi primi/uerū ēt mediocribꝫ seruientes.

Idem Ioānes Baptista Pius ad Lectorem.

Iam spectabā portū/et uela capabā cōplicabāq; cū Ioānes Paulus Spoletāus scholasticorū meorū doctissimus emersisse refert nōnullos: q populatim meas ānotationes: quas sparsim i plauti: sidonii: Fulgētiiq; cōmētariolis iterseruimus ꝓ suis ostētēt. ꝓh imitatores brutū pecus. Huic audaciæ ne dicā temeritati obuiā eūdū cēsui: breuiq; sūmula colligere i unū corpus dissipatū et palabūdū exercitū: ut si fors fuerit ꝓ ipa/tore suo pugnet nō aūt ꝓ iuerecūdissimis plagiariis: q hominū deterrimi sunt et ingratissimi. Sed id iā a nobis emeditatū uberiori reseruamus ocio ex quo mox plura et meliora cōgestim emicabunt. Laus Deo.

Excussum typis æreis apud Ioānem Antoniū Platonicū de Benedictis ci/uem bononiensem Anno domini. M.D IIIII. die. x. Ianuarii.
Senatui Bononiensi p̄sidente Inclyto Ioanne Bentiuolo
secūdo Principe carissimo.